ARCHIGINNASIO

**SCAFFALI ONLINE**
http://badigit.comune.bologna.it/books

Stracca, Benvenuto 450707
Clarissimi iuriscon. Benuenuti Stracchae patritii Anconitani *De proxenetis, & proxeneticis tractatus
Venetiis : apud Io. Baptistam et Melchiorem Sessam fratres
Collocazione: BOLAFFIO D.00 00020
http://sol.unibo.it/SebinaOpac/Opac?action=search&thNomeDocumento=UBO2842104T

Questo libro è parte delle collezioni della Biblioteca dell'Archiginnasio.

L'ebook è distribuito con licenza Creative Commons solo per scopo personale, privato e non commerciale, condividi allo stesso modo

4.0:http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode)

Per qualsiasi altro scopo, o per ottenere immagini a risoluzione superiore contattare: archiginnasio@comune.bologna.it

# CLARISSIMI IVRISCON. BENVENV-TI STRACCHAE PATRITII ANCONITANI DE PRO-xenetis, & proxeneticis Tractatus.




VENETIIS,

Apud Io. Baptiſtam, & Melchiorem Seſſam fratres.

Cum priuilegio.

# ILLVSTRISSIMO AC
## REVERENDIS. RODVLPHO
## PIO CARDINALI CARP. BENVE-
## nutus Straccha Anconitanus S.P.D.

SI A ueteribus,& recentioribus Sa-
cratiſſimarum legum prudentibus
de Mercatura & his quæ ad merca-
turã pertinent (ut materia expoſtu
labat) plene tractatum cõperiſſem,
nunquàm Pater ampliſſime ad ſcri-
bendum animum appuliſſem, Noui
enim ego increbeſcente in dies ma-
gis librorum in iure ciuili multitudine, ipſum ius ciuile,
quibuſdam fiducia doctrinæ, & ingenii qualitate pluri-
ma innouantibus, nonnullis à ueteribus breuiter quidẽ
& docte ſcripta,& ab eorum ſemita ne tranſuerſum ( ut
aiunt ) unguem recedentibus ſatis uerboſe deſcribenti-
bus,pleriſq; quaſi maria in maria tempeſtate noſtra affe
rentibus,difficilius quidem percipi, quod ex libris co-
gnoſci poſſe Cicero putabat. Reſq; eo redacta eſt,ut sũ-
mo illo candore,in quo antea uerſabatur, in denſiſſimas
tenebras quodammodo auocetur, & propter immenſa
legum uolumina nunc in pluribus iuris articulis (ut Im
perator noſter inquit) quaſi per profundum eatur:& uti
nam ( ut Auguſtinus ciuis meus inquit in tractatu de po
teſtate Eccleſiaſtica,tot tantoſq; libros de iiſdem quæ-
ſtionibus in iure ciuili & pontificio conſcriptos diuerſo
ſtilo non diuerſa fide,ut ueritas quidẽ ipſa ad omnes per
tineret legeremus,id nanq; ferendum eſſet, Nullus enim
unquàm hominum ita clare locutus eſt ut ab omnibus
intelligi poſſit, & ſubiicit equorum multitudinè quæ ex
ègipto,& cunctis regionibus terre Sàlomoni adduceba-
tur hanc ſignificationèm habere libros ſcilicet diuerſos
qui Pontificibus offeruntur, Nec mirum quia Sàlomo-
nis lectulum ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſ-

rael omnes tenentes gladios ad bella doctiſſimi. Verum
cum materiam illam quotidianam ab aliis ( mirum) ne-
glectam & pænitus prætermiſſam in foreſibus quæſtio-
nibus uerſari uidiſſem, laboribus uigiliiſq; meis, quantū
in me fuit poſteris ſtudui conſulere, quia in re ſi quid di-
ctum excogitatumq; à me eſt, quòd ad dirimendas lites
pertineat, & poſteritati adiumēto & commodo eſſe poſ
ſit, id omne Deo optimo Maximo referēdum eſt. Et ne
quod Apelli qui cum ueneris caput & ſumma pectoris
politiſsima arte perfeciſſet, reliquam partem corporis in
cohatam reliquit, mihi quoq; contingeret, libellum hūc
quem de proxenetis & proxeniticis inſcripſi , in apertū
citius quàm decreueram referri cenſui, etenim ſummam
cum Mercatura coniūctionem habere nemo eſt qui ne-
ſciat, quippe cum abſq; proxenetis hiſce tēporibus uix
Mercatura poſsit exerceri, Cum ex diuerſis animi moti-
bus in unum conſentire, & in unam ſententiam contra-
hentes proxenetarum miniſterio facilius decurrere ui-
deamus, ſintq; quodammodo Proxenetæ hominum cō-
tractum aliquem inter ſe ineuntium conglutinatores ,
mercaturæ igitur, & ſcriptis noſtris, qualiacunq; ſint, ne
ſuis mercator noſter membris careret neceſſariis , Pro-
xenetam addendum putaui, quem ſcio non eſſe talem ut
in arce poſsit poni quaſi illa Minerua Phidiæ. Sed eo ēt
feci, ut ex eadem officina exiſſe uideatur, & materia hæc
quotidiana & quodammodo noua amplius in occulto
non ſit, exornandi ampliandiq; ſeu reformandi eam peri
tioribus præſtetur occaſio, Quem nomini tuo dicaui, tū
ut eſſet, teſtimonium ſempiternum meæ in te obſeruan-
tiæ, tum quia cum utriuſq; iuris ſis peritiſsimus ſub tui
nominis clypeo ab obiectis telis maleuolorum hominū
defendatur, nemo.n. eſt qui facilius id præſidium ſuſcipe
re, & ſuſcepto rectius defungi poſsit. Accedit quòd dum
Ciuitatem noſtram cum toto agro picæno ſumma pa-
ce rexiſti, & Mercature, qua ciuitas noſtra & magna reci
pit commoda & illuſtratur, omni opera , cura induſtria,
atq; ingenio cōſulere ſemper ſtuduiſti, & præcipuè pro-
xenetas ab illicitis abſtinere, & eorum certum eſſe mo-
dum curaſti quæ ciuitas cum toto agro picæno a te ſan-
ctiſsime fuit gubernata, ſemper.n. præſertim extraneis ,
& aduenis te facilem in adeundo præbuiſti in cognoſcē
do ſolebas non excandeſcere aduerſus eos quos malos
eſſe putabas , Calamitoſorum præcibus illachrumari te
non ſinebas, motum animi( ut rectum, & conſtantem iu-
dicem decet ) uultu non detegebas , contēni te non pa-
tiebaris, quietam atq; pacatam prouinciam eſſe malis ho
minibus eam expurgando ſollicite egiſti, & deniq; ſan-
ctorum Pontificum, Imperatorum, & Iuriſconſultorum
præcepta ita ſeruaſti, ut autoritatem dignitatis Cardina
latus ingenio tuo auxeris, & opinioni quam de te ſum-
mus Pontifex Pau. III. conceperat ita reſpōdiſti, ut pro
pter ſummam prudentiam tuam in regendis prouinciis ,
in non modo tuendis ſed etiam agendis rebus Eccleſiæ
ſollicitam curam & incredibile ſtudium, in obſeruādo de
Republica Chriſtiana male ſentientes magnam diligen
tiam , in ſedandis ſeditionibus mirum deſiderium , Pa-
ciſq; & ueræ concordiæ in Regibus, & Principibus Chri
ſtianis conciliandæ, conſtituendæ ſeruandæ atq; colēdæ
admirabilem induſtriam , & deniq; propter caſtitatē tuā
de qua omnes prædicant, & quæ ( ut Imperator inquit,
etiam ſola Deo cum fiducia poſsibilis eſt hominum ani-
mas præſentare) aliaſq; ſingulares uirtutes tuas maximā
Pontificatus dignitatem te tanquàm ex alta ſpecula ci-
tius aſſecuturum uideam. Accipe igitur Pater Ampliſsi-
me qua ſoles humanitate, & comitate Proxenetam no-
ſtrum tibi dicatum, qui arguti etiam iudicis acumen ( cū
probaueris ) non formidabit, Et ſcias pro tua ſumma in
omnes iuſticia ſingulariq; uirtute, & animi candore, per
petuæ ſeruitutis uinculo tibi deuinctum Benuenutum
ſemper futurum , Vale.

## EVENTIVS PICVS SPOLETINVS BENVENVTO STRACCHAE ANconitano Iuriſcouſul. S. P. D.

Vvm opus de Proxenetis, & proxeneticis depræhendit me multis auocamentis animi diſtractum,ea cauſa efficit ut illud magno ingenio, nec minore cultu elaboratum uorauerim potius,quem legerim, id quod maturè,ac ſedato animo factũ oportebat,ſed quantum potui ſubciſiuis horis legi perdiligenter opus magno quidem ingenio, & maiore cultu (ut dixi) elaboratum. In quo neſcio an acumen,& uim dicendi,an rerum, & argumentorum copiam magis admirer. Nam quæcunq; ueteres Prudentia clari,quæ ad proxenetã,& proxenetica ſpectãt ignoraſſe,& recẽtiores ſcriptores mihi uiſi ſunt omiſiſſe,ea tu cumulatè,& oratorio,ꝗ & Iuriſconſultorum more, in quibus (mea quidem ſententia)regnas,omnia unum in corpus redegiſti ut ex eo quaſi ex ſalutari promptuatio, aut copioſis pãdectis ſub manu machinæ haberi poſſent, quibus impii tergiuerſatores, fraudatores decoctores, fallaces Proxenetæ,praui litigatores,& reliquum genns hominum peſſimum,non ſolum ſubmoueãtur,& de gradu (quod aiunt) deiiciantur, ſed etiam proſternantur, & ad internicionem uſq; opprimantur tu quidem Benuenutæ oſtendis,& præcipis, quarè multum tibi debeo uir Clariſſime,qui mihi tuas delicias legendas obtuliſti,quibus mihi plane teſtatum feciſti quãta tua ſit, & in iuris prudentia eruditio,quanta & in ſcribendo facultas, qua cum quibus uis non ſolũ ex iuriſcõſultis ueteribus, ſed etiam cũ quibus uis,ex oratoribus antiquis te æquare nõ dubito Rumpe tuæ igitur modeſtiæ ne dicam frigiditatis repagula,nec proprio gloriæ fructu uirtutem defraudes tãtam.Quodq; iam ab omnibus probari pariter, atq; deſiderari tute ſentis,quam & indubitanter edas in lucem oro,atq; exhortor.Non enim minus iucunditatis,ac bonæ frugis ex tuo Proxeneta elici quam ex Decii,aut cuiuſuis ex aliquo reſponſorum uolumine,aut di uerſis diuerſorum tractatibus cẽſuerimus. Mi poſtremo Bẽuenute pro tuo in me Singulari Amore; proque mea præcipua in te pietate,perpetuaq; ſimul obſeruantia etiã atq; etiam peto,contendoq; non dicam famæ,ac nomini tuo,quod tametſi modeſtiæ terminos intra contines,tamen tanquam ſolis ſplẽdor circũquaq; diffunditur,uerũ ut omniũ uotis cõſulas mercatorũ & omniũ quouis modo contrahentium,opus de Proxeneta, & proxeneticis hactenus a nemine circunſcriptum tantopere deſideratũ in præſentia ſcripto loquens emittas omnibus mortalibus in commune conſulens. Bene uale,& quod facis, nauiter perge proxeneticum officium,& Mercaturam,qua plurimum Ancona tua celebris eſt patria,hactenns laborãtem tuis legibus proxeneticis adiuuare,teq; in certum æternitatis gradum prouehere.

### Eiuſdem ad lectorem

Hos tibi ſudatos lucubratos atq; labores
Hoc tibi quæſitum ſuſcipe iuris opus
Hoc prior Anconæ tibi iam quæſiuit Alumnus
Anconitani gloria Stracca fori
Auctor ab euboicis oracula reddit ab antris
Errores tollit rebus & ex dubiis
Huc igitur properes,huc huc ueſtigia flectas
E locuplete penu promito cuncta tibi
Quis mereat diſces hic proxeneta uocari
Eius nuſquam alibi & plenius officium
Nuſquam alibi quam hic proxenetica ſingula diſces
Quid det quid ue neget.lex ſibi:lector habes.

### Eiuſdem Diſtichon

Proxeneta tuis caueas nunc fallere uerbis
Stracca doli pœnas condidit hic meritas.

## HIERONYMVS PILESTER
Anconitanus in tractatum de Proxenetis.

Infelix gelido olim Mercatura iacebat
Tecta ſitu,& uariis ſparta uoluminibus
Hinc ſine lege diu decoctor,ſponſio, nauis
Flectere præcipites haud potuere gradus
Non tulit hoc legum uates BENVTVS,& illam
Reddidit illuſtrem candidiore ſtilo,
Impiger at quoniam medio mercator egebat
Merſus & is cæcis prorſus erat tenebris
Nunc ſolita coniungit eos uirtute nitente,
In lucemq; uocat que latuere diu
Si duplicem & uno mercedem ſummere pacto
Proxeneta poteſt,quæ tibi Doctor erit?
Qui mercatorem medio iuriq; Benute
Iuràq; concilias iuribus atq; DEO.

### Incerti autoris

Quid proxenetà Mercatoremq; deceret
Monſtraret melius uix fuit unus adhuc
Aut quid decoctor faceret,quæ ſponſio honeſta
Quaſue Carina rates findere poſſet aquas,
Quæ interpres iuris Benutus apertius ipſe
Prodidit his legum,quæ monumenta dedit
Non Proxeneta fido mercator egebis
Namq; decens doctor quid ſit ubiq; docet
Non dubius decoctor erit,nec ſponſio,& unca
Nauis,habes iuriiura redacta ſuo
Multa tibi legum debentur præmia uates
Qui parias ſcriptis commoda multa tuis.



# BENVENVTI STRACCHAE IVRECONSVLTI CLARISS. IN TRACTATVM
## Præfatio.

✠

ADMONET *Apoſtolus ſiue mãducemus ſiue bibamus ſiue quid aliud geramus in nomine Domini noſtri* IESV CHRISTI *faciamus,in quo viuimus ſperamus & ſumus,Nam bene ( vt Imperator noſter inquit ) vniuerſa geruntur, & competenter ſi rei principium fiat decens,et amabile Deo:* IESV CHRISTI *igitur Redemptoris noſtri implorato auxilio diuinoq; fretus præſidio Tractatum hũc Mediatorum,quem de Proxenetis, & Proxeneticis inſcripſi,vt euidentior propoſitæ materiæ habeatur intellectus, in partes infraſcriptas diuidendum cenſui id.n.veteres Iuriſconſulti factitarunt & faciunt noui.*

1 Cor. x. ad col. iij. c.non ob- ſeruetis. i gesimate xta. q. vii. ac.ap.c.17.

In auc͡ten. qũo opor. epiſco. in prin.

Pau. in l.i. ff. de doli exce. & in l.iiii. ff. de uſuc. Vlp. in l.i. de ſuſp. tu. I a bol. in l.i. ff.de præſ. uerb.

*Primum.n.quid ſit proxeneta oſtẽdam, & de ſignificatione tituli ac alijs ad id pertinẽtibus pauca referã.*

*Deinde de officio Proxenetæ,& in quibus interueniat breuiter diſputabo.*

*Poſtea quando in negocio aliquo interuenit an teneatur, & de quo.*

*Tum quæſtiones complures, & quidem quotidianas ſubijciam.*

*Nouiſſime de proxeneticis & eorum modo ac quo iure petantur.*

## ARGVMENTVM

# Proxeneta quid & alia ad titulum pertinentia.

## INDEX RERVM QVAE IN PRIMA PARTE CONTINENTVR


1 *Accurſius in iure ciuili vir ſingularis memoriæ ſummæq; ſcientiæ.*

2 *Proxeneta deſcribitur ſeu definitur ſecundum Accurſium.*
*Item ſecundum Azonem*
*Item ſecundum Iac. Egid.*
*Item ex ſententia Iacobi ſpieg.*
*Item ſecundum Budeum*
*Vltimo loco ſecundum autorem*

3 *Proxeneta à* προξενέω *uerbo greco deſcendit quod eſt concilio & error Nicolai Perot. qui a iter deduxit.*

4 *Negocium nomen late patet item, & miniſterium relatiue.*







5 *Nomina verbalia alicuius officij ſignificatiua quod quis ſua autoritate ſumit unico actu non conuincuntur relatiue.*

6 *Proxenetæ officium eſt in tractando non in concludendo niſi à partibus mandetur.*

7 *Proxeneta dicitur duobus modis uno modo qui accipit premium, alio modo qui gratis per eum tamen fit conuentio.*

8 *Proxeneta magis monſtrat negocium quàm mandet tam etſi laudat.*

9 *Proxeneta proprie eſt qui intrinſecum & ſubſtantiale miniſterium in negotijs adhibet, non extrinſeum in congregando partes.*

10 *Defungor uerbum quid proprie ſignificet ſecundum Budeum.*

11 *Proxeneta diuerſis modis, & uocabulis demonſtratur.*

12 *Mediator uocabulum barbarum.*

13 *Proxeneta an poſſit appellari licitator quòd non et quid proprie ſit licitator.*

14 *Proxeneticum quid ſit & error Accurſij.*

15 *Philanthropum & Phi anthropia quid ſignificet.*

16 *Lex ultima de proxenetis declaratur, & nouus ſenſus datur, &* ερμηντικὸν *uerbum græcum quid ſignificet & unde deſcendat.*

17 *Relatio fit de iure magis ad proxima quàm remota.*

18 *Rubrica C. de ſponſa. & proxene. quòd non ſit immutanda contra Alciatum.*

19 *Proxenetria conciliatricem nuptiarum ſignificat.*

20 Rubrica aliquando ipſo tractatu eſt generalior & contra.

21 Proxenetæ officium exercere tàm maſculi quàm fœmine poſſunt & in matrimonijs etiam ſolent interuenire.

22 Arræ ſponſalitiæ ſecundum Alciatum deponebantur penes proxenetrias, quod reprobatur, cū & ſponſæ dari & ab ipſis accipi ſoleant.

23 Simonia non committitur in matrimonio ſi pecunia uel res interueniat.

24 Sponſalitiæ arræ quòd & proxeneticæ poſſint appellari.

25 Rubrica de proxeneticis quare ſit ita inſcripta.

26 Proxeneta et arbitrator quòd nō ſint idē ſed ſimiles.

1 a Ccurſius in iure ciuili ſingularis memoriæ ſummæq; ſcientię uir (ut de Trebatio Iuriſcōſulto ad Cæſarem ſcribens inquit Cicero) in Rub. ff. de proxen. inquit Proxeneta eſt qui inquirit uolunta-
2 tes aliquorum uel ad munera, uel ad contractus, uel ad amicitias faciendas uel ſimilia: Azo uero in Rubrica. C. de ſpon. & ar. ſponſa. & Proxen. nu. 10. ait Proxeneta dicitur qui explorat uoluntates hominū qui & cum quibus & qualiter uelint contrahere matrimonium, & quæ ſint facultates uolentium contrahere, de his autem loquitur conſtitutio græca, & conſiſtit eorum officium circa matrimonium & circa ami-



ca amicitias copulandas & reliqua quem refert ac probat Steſ. Bertac. in conſil. ccxxv. nume. 2. dixerā uolumi. iij. At Iacob. Egid. in tract. ad reproba. teſt. numero 56. qui inſertus eſt in quæſtio. & tract. Bar. in hæc uerba ſcriptum reliquit, Proxeneta eſt qui intereſt nominibus laudandis, & tanquàm mediator interuenit inter contrahentes, & ipſos ad concordiā reducit ut ff. de proxe. l. ij. & ult. Item Iacob. Spieg. in ſuo iuris lexi. ſcripſit Proxeneta proprie ſignificat eum qui inter ementes & uendentes eſt conciliator & medius, ſed & uerius eſt non ſolum in uenditionibus, & emptionibus proxenetas interuenire, ſed generaliter in omnibus negotijs licitis ut bene cenſuit Accurſius noſter & probatur in l. fi. ff eo. & in ſequen. part. plenius diſputando demonſtrabo, & pro-
3 batur quia à προξενέω uerbo græco deſcendit, quod eſt cōcilio, uel induco ad aliquid faciendum, memini me legiſſe Budeū ēt in hæc uerba deſcripſiſſe: Proxeneta eſt cōciliator et interuētor quaſiq; conglutinator hominū inter ſe ſtipulantiū & ſpondentium, aut quemuis contractum conuentumq; ineuntium Mihi uero non imprudenter ita forſan definiri aut ſaltem plenius deſcribi videbatur. PROXEETA Eſt qui in negotijs licitis partium uoluntates inquirendo earundem conſenſu cum ſalario uel ſine miniſterium accomodat & operula iſta defungitur.) Dixi in negotijs nomen nanq; negotium late patet, ut probaui in tracta. meo de mercatura in prima parte nume.
5 ut ergo definitio genus habeat generale uerbū elegi ur.à

giunà cum nomine miniſterium. Vſusq; ſum plura
li numero negotijs quoniã noĩa uerbalia alicuius of-
ficij ſignificatiua quod quis ſua autoritate ſeu optio
ne ſumit ueluti mercator & hoſpes unico actu non
5 conuinci inquit Bar. in l. mariti in §. qui quæſtum ff.
de adulter. & plenius probaui in eodem meo tracta-
tu ſub numero 6. & ſequen. part. prima illhinc ergo
aſſumes quæ ad hunc locum attinent. Addidi lici-
tis quia legitimum & non malum Proxenetam de-
ſcripſi ut alias definiendo mercatorem dixi & mo-
tus Iuriſconſulti uerbis in l. fina. ff. eod. in illis uerbis
contractibus licitis, & in ſecunda parte latius expli-
cabo. Item adieci partium uoluntates inquirendo
& earundem conſenſu propter ea quæ in relata Ru-
brica ſcripſit Accurſius & in. §. quoniam uero pro-
hibitionem in auth. de teſtib. & Azo in citata Ru-
brica & Bald. in c.i. colum. fina. uerſic. ſed hic ab ex-
tra de inueſtitu. in mar. facti. & idem Bald. in l. mul-
tum numero 3. & prope quartum C. ſi quis alt. uel
6 ſibi inquit officium Proxenetæ eſt in tractando non
concludendo niſi à partibus mandetur, quæ ex ui uer
bi comprobantur, eſt enim medius et conciliator, &
his addenda ſunt quæ infra in quarta par. dicam uer
ſicu. legitur in ſingulari lege &c. Deinde ſubiun-
xi cum ſalario uel ſine, mouit me quod ex facto con
ſulto placuit Bald. in conſil. cccclix. Tria dubia, &c.
uolumi. 2. quod eſt errore geminatum in quar. uolu.
ſub numero. 370. illic enim ita ſcriptum eſt. Proxe-
7 neta dicitur duobus modis uno modo qui accipit præ
tium



tium, Alio modo qui gratis per eum tamen fit con-
uentio & forum & reliqua citat. §. quoniam uero
de teſti. & cap.i. de teſtib. lib. vi. & quod notatur in
l. eleganter in princi. ff. de dolo. Sed & addes quæ in
ſuperioribus locis notantur, & quæ in penulti. part.
dicam uerſicu. vij. declarandum eſt, &c. Item con
ſulto adiecta ſunt dicta uerba & alia propter cau-
ſam mandati non tam quia mãdatum eſt gratuitum
& originem ex officio atq; amicitia trahit & cõtra
rium porrò eſt officio merces l. prima. ff. manda. quã
quia proxeneta magis monſtrat negotium quã mã
8 dat l. ij. ff. eodem. Excludunt etiam relata uerba lo-
cationem & conductionem & facit l. ij. ff. eod. in illis
uerbis & ſi aliquid Philanthropi nomine acceperit
nec ex locato quidem & conducto erit actio. Excludi
tur etiam arbitrator ex uerbis definitionis iuxta ea
quæ Ioann. Baptiſt. Peruſ. ſcripſit in tracta. de arbi.
libro i. cap. iij. Thom. xij. & uide quæ in calce huius
partis dicam. Poſthac ſubieci miniſterium accom-
modat, quæ uerba ſunt Iuriſconſulti in eadem. l. fin.
& inquit Bald. in conſil. ccclxvi. uiſis &c. uolumin.
quinto. Proxeneta præbet actum nudi miniſterij.
Nec ab re in definitione poſui miniſterium accommo
dat negotijs & quæ ſequuntur & antecedunt ait. n.
Idem Baldus in relato conſil. ccclxx. uolumi. quarto
qui partes coadunauit ut contraherent, uel teſtes no
cauit non eſt proxeneta ſi principales ipſi ſine eo con
traxerunt, quia miniſterium hic contractus non præ
buit & proxeneticam non debetur, proprie ergo non
eſt pro-

9 eſt proxeneta qui extrinſecum miniſterium accom-
modat ueluti in congregando partes, ſed qui intrinſe
cum & ſubſtantiale, is enim qui talia facit magis
amicus dicitur quàm proxeneta l. ſciendum ff. de uſu
ris. Hæc ille quibus adde tex. in l. idemq́; in. §. ſi quis
ea. ff. manda. & l. prima in. §.. Aduocatos. ff. de ex-
traord. cognit. in illis uerbis non tamen qui pro tra-
ctatu non affuturis cauſis accipere quid ſolent? ſcri-
pſit etiam Baldus in conſil. l. uidendum, & c. uolumi.
ii. in uerba infraſcripta. Qui nō ſunt huiuſcemodi pro
feſſionis licet ſint prolocutores inter partes non dicū
tur proprie proxenetæ, ſed prolocutores, & amica-
biles tractatores citat optimum text. in l. ſi de meis
alias idem pomponius in. §. recepiſſe. ff. de arbit.
Deniq́; dixi operula iſta defungitur, quæ uerba ſimi
liter ſunt Iuriſconſulti in eadem l. fina. ff. de proxen.
in quorum uerborum ex poſitione (quod mihi liceat
dicere pace tanti uiri) errauit Accurſius noſter dū
in uerbo operula expoſuit ideſt ſalarium, unde duo-
bus modis relata uerba recte intelligi poſſe puto. Nā
ſecundum Budeum in l. emptore. ff. de actio. emp. de
fungi dicimus non toto conatu non magnopere ali-
10 quid curare ſed tepidè & inſtrenue & eo tantū ani
mo ut officio functi uideamur, & quatenus ſat ſit ad
euitandam reprehenſionem, aut ad emerendam ue-
niam quod ex loco Liuij probat, eleganter igitur Iu-
riſconſultus inquit operula iſta defuncti ſunt quaſi
uelit dicere ſufficere proxenetā ita ſe gerere ut re-
prehendi non poſſit & reprehenſione dignus non ap-
pareat:

pareat: Altro modo quia ſecundum Budeum in rela
to loco defungi eſt explicari negotio aliquo finemq́;
ei imponere quod complurium autoritate probat, &
præcipue illud demoſtenis refert. Quicunq; conſule-
bat Antiphontem is præclare in iudicio defungeba-
tur. ideſt optimum exitum litis habebat, Quibus il-
lud Terrentianum addendum eſt in Prologo Eunuc.
Dehinc ne fruſtretur ipſe ſeſe, aut ſic cogitet defun-
ctus iam ſum. relata uerba exponenda cenſui operula
iſta defunctus eſt ideſt negotijs finem impoſuit, &
eiſdem bonum exitum dedit, ex quibus colliges quare
in definitione adiecerim ſingula queq́, uerba, & cō
ſequenter quid ſecundum noſtram ſententiam ſit pro
xeneta intelliges.
Demonſtratur autem proxeneta diuerſis uocabulis, nā
ecclesiaſtici ſcriptores per ſępe mediatores appel-
11 lant cap. ſi quis epiſcopus primæ. q. i. cap. i. de teſtib.
libro vi. & Imperator in §. Quoniam uero in aut. de
testib. eodem utitur uocabulo, & Gloſſ. in diuerſis lo
cis in tractatu referendis, & Apuleius libro ix. Aſi-
12 ni Aurei, quod uerbum barbarum eſſe & eo inter-
pretes & cauſidicos uti ſcripſit Iacob. Spieg. in ſuo
iuris lexico in uerbo mediare de relatis locis mentio-
nem non faciens Sene. uero libro iij. de Benefic. Para
rios nominat, ſunt & qui conciliatores ſiue interuē
tores nuncupent ut prudentiſſimus uir ſcripſit And.
Tiraquel in commen. de utroq́; ret. §. xxix. Gloſ. iiij.
numero. 8. Item interemptores appellantur. xci. di-
ſtinctio. c. clericus ſecundum expoſitionem Gloſſ. &

 ſecundum

ſecundum Ioannem Andr.in cap.i.de teſti.lib.vi.in
additione.Et interceſſores appellat Pau.Caſt.in cõ
ſil.ccl.in ſecunda part.uiſo puncto in fin. Item medij
& miniſtri uocantur ut in §.ſi uero quando in auctẽ.
ut nulli iudi.& exponit Accur.in l.ordine in.§.in
fraudem in uerbo miniſter ff.ad municipa.& Impe-
rator noſter adnumeratoris uerbum uſurpauit ut in
§.in his uero uerſicu. quòd ſi etiam adnumeratorẽ
in auctẽ.de inſt.cau.& fid.ubi Accurſius notauit in
uerbo adnumeratorẽ,Addo quòd Accu.in dicto.§.
quoniam uero in uerbo Prohibitione de teſtib.ſenſit
appellari etiam confirmatore ab imperatore in auc.
de fideiuſſ.in §.ſed neq; uerſicu.& non ſolum, ſed ue
rior uidetur expoſitio eiuſdem Accurſij in dicto uer
ſiculo,& non ſolum in uerbo confirmatorem. Nec
deſicere qui licitatores dixerint ut Philip. in epiſto.
de quo meminit Alciatus diſpu.lib.i.cap.xij. legi ẽt
13 Ciceronis locum offic.libro iij.in illis uerbis tollendũ
eſt igitur in rebus contrahendis omne mendaciũ non
licitatorem uenditor nec qui contra ſe liceat emptor
opponet in proxeneta interpretari placet autem eo
in loco in propria ſignificatione intelligi in eo ſcili-
cet qui pratium offert maius pro re uenali unde in
epiſt.famil.idem inquit Cicero in licitatorem potius
ponam quàm illud minoris ueneat,reliqua (ſi qua
ſunt ad id pertinentia)ex toto tractatu ex locis refe
rendis colliges.
14 Proxeneticum autem ſalarium eſſe quod Proxene-
tis datur inquit Accur.in l.i.ff.eodem,et in Rubrica
C.de



C.de ſponſa.& Alber.in l.fina.ff.eodem,& Philo-
trophum etiam appellat Iuriſconſultus in l.ij.ff.eod.
ſecundam expoſitionem Accurſij, & Alberici;&
eiuſdem Accurſij in l.i.in fin.ff.de extraord.cognit.
& in l.actio.ff.de actio.& obligation.Sed & uerius
eſt non Philotrophi eo in loco legendum eſſe,ſed Phi
lantrophi ſic.n.in pandectis legitur & Budæus in an
notationibus legit Philãthropiæ.Philantropia.n.ſe-
15 cundum eundem non modo humanitatem ſignificat,ſed etiã
rum clementiam ac benignitatem ſignificat,ſed etiã
liberalitatem,ſi ergo Philanthropiæ aliquid accepe
rit ideſt munuſculum,uel mercedulam nec ex locato
quidem,& conducto erit actio. Et quia in uulgatis
codicibus uox græca deſideratur in eadem lege ibi ſa
cilius quod græci uocant. Idẽ Budeus legit προξε-
νητικον. Alciatus uero lib.i.diſpu. c.xxij ἑρμηνευτικὸν
legit & ſic in pandectis ſcriptum apparet, & ſubdit
quod Accurſius tradit proxeneticum dici ſalarium
Proxenetæ Iuriſconſultũ ἑρμηνευτικὸν appellare quod
uerbum (ni fallor) ab ἑρμηνεύω uerbo græco deſcen-
dit,quod eſt interpretor quaſi interprætatiuus.Vnde
cogitabam relatum uerbum græcum non pro ſalario
16 Proxenetæ à Iuriſconſulto poſitum,ſed mens Iuriſcõ
ſulti fuerit miniſterium illud quod accõmodat Pro-
xeneta in negotijs perficiendis,& operulã illam faci
lius,& melius uerbo græco demonſtrari ἑρμηνευτικὸν
quod ſignificat interprætatiuus,eſt.n.Proxeneta me
dius & interpres uoluntatum contrahentium & il-
las perquirit,erit ergo ſenſus de Proxenetico Præſi-

 des

*des ſolent cognoſcere, & in his modus eſſe debet quã titatis & negotij in quo negotio operula iſta defuncti ſunt & miniſterium quale accommodarunt, quod miniſteriũ & quã operulam facilius clarius & melius græci appellant* ερμηνευτικον *ideſt (ut diximus) interpretatiuus, & hæc interpretatio ſuadetur quia Iuriſconſultus ſalarium Proxenetæ proxeneticum appellauit & in l.ij. Philanthropum item quia illud uerbum facilius indicat ut referatur potius ad miniſterium quam ad Proxeneticum. Relatio etiam fit*
17 *de iure magis ad proxima quàm remota l.ſi idem cũ eodem in .§.fina.ff.de iuriſdi.om.iudicum. Denique & quod Accurſius inquit in principio relatus in rubrica ſcilicet ff.de proxene. & nos in definitione, ac ſignificatio uerbi græci non ſemel relati interpretationem à me datam magis comprobant, congruunt enim (ni fallor) magis ſenſui noſtro quàm Alciati & Budei expoſitioni.*

*His illud adijciendum eſt quod ſcripſit Alciatus in citato capite.xxij.inquit.n. Rubricam codicis de ſponſalibus & arris ſponſalitij & proxeneticis male expoſitam, Nam Accurſius ibi exiſtimauit Rubricam eſſe ipſo tractatu generaliorem, cum nihil in legibus*
18 *ſub relata Rubrica ſitis de proxeneticis agatur, arbitratur igitur loco proxeneticis legi debere proxeneticis legi debere Proxenetrij, ut intelligamus tractari de arris ſponſalitijs, quæ uidelicet dantur ſponſis et Proxenetrijs quæ ſcilicet deponuntur apud Proxenetrias. & hoc modo Rubrica ita generalis non erit*

quin



*quin poſſit comprehendi ex his quæ in tracta.*
19 *tur ſignificat autem Proxenetria conciliatricem nuptiarum, & ſenſu ſequiore ideo dici quoniam id munus ſolere per feminas fieri, uocatur etiam & pro innestria hæc ille, quem refert & probat Iacob. Spieg. in relato loco, & de quo uerbo meminit Celſ.lib.C. lectionum antiquarum, Sed in his quæ Alciatus ſcripſit quædam occurrunt & illud primum non eſſe no*
20 *uum aliquando Rubricam ipſo tractatu generaliorẽ eſſe ut patet C.de relig. & ſumpt.funer. ubi Accurſius notauit & inſtit.de obliga.quæ ex malef.in princip. ubi ſolum tractatur de furto & non de alijs maleficijs & in Rubric.ff.de iuſti. & iur. & plenius iuris interpretes ſcripſere in l.i.ff.ſi certum petat. ubi præcipue Iaſ. & Dec.citant Rubricam C.de ſponſal. & proxeneticis de quibus in legibus ſub dicta Rubrica poſitis non tractatur, deinde quod ait id munus ſolere per feminas fieri non nego & mulieres huiuſ*
21 *modi, & officium poſſe exercere, Pro qua ſententia eſt quod dixi in trac.meo de mercatura in tertia parte numero 38. feminas mercaturam facere non uetari & innuit Decius in conſi.133.præcipue colum.3. & patet ex alijs locis infra in quarta parte referendis in illa quæſtione an proxeneta poſſit eſſe teſtis, ſed & Maſculi id munus etiam fuiſſe conſtat ex l.fin.ff. eo ĩ illis uerbis ſi quis forte cõditionis proxeneta fuerit in quo loco Accurſius in uerbo conditionis exponit ad matrimonium de quo eſt C.eod. Pro qua expoſitione facit lex prima C.eodem in qua legitur alij*

B 3 deſpon-

deſponſare renunciare conditioni & nubere alij non
prohibentur & de quo in ſequenti parte uerba faciã
ſub numero 15. uerſicu. & conſequẽter deniq; quod
Alciatus ait arras deponi apud Proxenetrias patet
22 ex l. ſi. C. eodem arras dari ſponſis conſuetum fuiſſe,
& ab eiſdem ſponſis accipi nõ autem deponi, ut Al
ciatus ait idq; colligitur ex pluribus locis eiuſdem le
gis & præſertim ex uerbo accipit in ea parte in id
quod accipit, &c. & Paulo inferius eadem ſunt uer-
ba & animaduertit Bald. in eadem l. ſub numero ſe-
ptimo. Vnde ego puto non eſſe immitanda uerba Ru
bricæ non ſemel relatæ & de proxeneticis non pro-
xenetrijs legendum dicet aliquis cur ergo in Rubri-
ca adiecit Imperator de proxeneticis cum in tracta-
tu nihil agatur. Reſpond. ut in ſponſalibus, & matri-
monijs copulandis & contrahendis proxenetas poſſe
interuenire, & proxeneticum deberi oſtenderet, in-
quit enim Bald. in citata rubrica nota quòd iſta Ru
brica tria continet. Primum de ſponſalibus contra-
hendis, uel diſſoluendis. Alterum de Arris ſcilicet
tradendis, uel perdendis, & illud tertium de Proxe-
neticis, ideſt de ſalarijs mediatorum, quibus median-
tibus perſonæ ueniunt ad conſenſum ſiue complexũ,
de hoc ultimo non tractatur hic nigro, ſed patet per
hoc ultimum quòd interuentus pecuniæ, uel alterius
23 rei eſt permiſſus in ſponſalibus & matrimonijs ut ſu
bijcit. Vnde in matrimonio per interuẽtum pecuniæ,
uel alterius rei non contrahitur ſimonia hæc illæ in
ſupraſcripta uerba, quibus addes quæ dicam infra
in tertia



in tertia parte numero. 30. Sponſalitias etiam arras
& proxeneticas appellari poſſe, ut quidam ſcripſere
24 pro donis quæ ſponſum, & ſpõſam inter ſe conciliãt
& iungunt admittendum uidetur nõ quòd penes pro
xenetas diſponantur, ſed quòd eorum interuentu ex
opera dentur & ab ipſis ſponſis accipiantur, ut di-
ximus.
De illo etiam, quod non adeo diſſimile eſt, dubitari poſ-
ſet cur in libris pandectarum de proxeneticis tantũ
inſcripta ſit Rubrica cum in tractatu etiam de pro-
25 xenetis agatur, uerum & illud aliquando legimus
tractatum ipſum Rubrica generaliorem ut in auctẽ.
ut Eccleſ. Roma. & in auct. nullum credentem agri-
colam ubi Accurſius in uerbo in omnes animaduer-
tit, & iuris interpretes præſertim recentiores nota-
runt in citata l. prima ff. ſi certum petatur. Et cum
in titulo præcedenti de Mercedibus ius præſides dice
re ſcriptum ſit, & Medicorum & obſtetricũ, & præ
ceptorum ſtudiorum liberalium & honorarijs & nu
tricibus merito poſthæc de proxeneticis fuit poſita
Rubrica et inſcripta dicto modo. Et proxeneticorum
tractatus explicari recte nõ poteſt niſi proxenetarũ
habeatur cognitio.
Deniq, & illud in dubium uenit Num proxeneta, &
26 arbitrator idem ſint & diſſimiles eſſe longèq; differ
re arbitratorem à proxeneta demonſtrat Ioan. Ba-
ptiſta Peruſinus gener Bartholi in tracta. de Arb.
lib. 1. cap. 3. numero 2. & ſequentib. quæ ſententia ue
ra eſt & de hoc non recte dubitari poſſe ex his quæ
B 4 dixi-

*diximus liquet, unde Bartol. in l. fina. ff. de uar. & extraordi. cognitio. inquit, Arbitrator eſt quoddam modo quidam proxeneta adhibitus ad componendas partes l. ſi de meis in §. recepiſſe ff. de arbi. ut enim. Proxeneta tenetur de dolo & lata culpa tantum eodem modo arbitrator tenebitur & refert & probat Angel. Aretin. inſtitu. de obligatio. quæ & quaſi delict. numero. 2.*

## Elenchus rerum quæ in ſecunda parte continentur.

1 *Officina nomen quid ſignificet.*
2 *Interpretatio ad l. fi. ff. de proxe.*
3 *Modus quid ſignificet, & quòd ſemper honeſtus ſeruandus ſit & non cuiuſq; luxuria ſubſequenda.*
4 *Proxenetæ abundant mendacijs & in ambiguo præſumuntur mendaces.*
5 *Proxenetæ non poſſunt uideri ſe boni uiri arbitratu gerere & modum ſeruare in negotijs qui fruſtrando partes efficiunt ne negocia ad exitum deducantur.*
6 *Proxenetæ non poſſunt quaſi mãdatores teneri quia magis monſtrant quàm mandant.*
7 *Proxenetæ librum ſolent & debent conficere & circa librum nonnulla.*
8 *Veterum Iuriſconſultorum laus.*
9 *Proxenetæ officiũ unuſquisq; poteſt exercere his ferè oĩbus exceptis qui mercaturã exercere nõ poſſũt.*
10 *Interpretatio ad l. fi. ff. de proxe.*
11 *Proxenetarum officium non eſt adeo ſordidus.*
12 *Proxenetæ utiles ſunt in ciuitatibus.*
13 *Commercium uerbum generale & quid proprie ſignificet relatiue.*
14 *Quæ notabiliter fiunt ſi ſpecialiter non notentur uidentur quaſi neglecta.*
15 *Proxenetæ in ſponſalibus, & matrimonijs contrahẽdis interuenire poſſunt.*
16 *Conditio uerbum quid ſignificet.*
17 *Proxeneta interuenit ad conciliandam & reconciliandam amicitiam, & ad fœdera.*
18 *Proxene. ẽt ĩ aſſeſſura & in multis alijs interuenit.*
19 *Proxenetæ in negotijs illicitis non poſſunt interuenire & quare.*
20 *Argumentum à ſenſu contrario quãdo ſit ſũmẽdũ.*
21 *Proxeneta generaliter in quocũq; negotio licito poteſt interuenire contra in illicito.*



SECVNDA PARS.

## De officio proxenetæ & in quibus interueniat.

*NEceſſarium eſſe ad propoſitam materiam de officio proxenetæ, & in quibus uerſetur diſputare nemo eſt qui neſciat, quippe cum naturalis ratio id ſuadeat, & Iuriſconſultus noſter oſtendat in l. fi. ff. eod.*

§.ff.eod.uerba autem Iuriſconſulti talia ſunt,
SVNT Enim huiuſmodi hominum ut tam in magna
ciuitate officinæ. Eſt.n. Proxenetarum modus qui nõ
adeo improbabili more utiles ſe exhibent emptioni-
bus, uenditionibus, commercijs, contractibus licitis.)
Aptanda eſt igitur nobis ſingulis uerbis Iuriſconſul
ti congrua interpratatio ut admonet Iuriſconſultus
in l.Item ueniunt §.præter hæc multa ff.de petitio.
hæredita.
Ait Iuriſconſultus ſunt.n.huiuſmodi hominum ut tam
in magna Ciuitate officinæ, in quo loco Accurſius ex
poſuit officinæ, ideſt uilia ſeruitia ff.de infamib.l. at-
letas §.ait Prætor ubi idem Accurſius claram uoca-
buli ſignificationem inter turbare uidetur, Officinæ
1 enim loca ſunt in quibus, operarij ſeu artifices opera
faciunt ab efficiendo dictæ, unde (ni fallor) apparet
2 ſenſiſſe Iuriſconſultum quemadmodum in magna Ci
uitate ad ducendam humanam uitam officinæ ma-
gnam hominibus præſtant utilitatem, facilius enim
unuſquiſq; ſibi neceſſaria parat, ita & Proxenetæ,
quæ interpratatio ex ſubiectis uerbis uera demõſtra
tur eſt enim proxenetarum modus, qui utiles ſe exhi
bent in contractibus & commercij & reliqua, æquã
tur igitur quo ad utilitatem officinæ in magna ciui-
tate, & proxenetæ ſeu proxenetæ officinis. Vnde
Azo in ſumma C.eod.ſub nume.30.inquit eſtq; ope
rula ut pote utilis non contemnenda in magna ci-
uitate.
Vnde ait Iuriſconſultus eſt.n. Proxenetarum [illegible]



Modum accipere debemus pro ratione ideſt menſu-
3 ra ſeu forma cum moderamine ergo & ratione Iu-
riſconſultus proxenetas admonet officium exercere,
ſeruent igitur honeſtum modum, Nam ut Iuriſcon-
ſultus ait in l.ex damni ff.de damn. infect. honeſtus
modus ſeruandus eſt non cuiuſq; luxuria ſub ſequen-
da ſciantq; quod Poeta, Horatius opinor, cecinit.
Eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines
Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum.
Et citat Accurſius Horatium inſt.per quas per.no-
bis acqui.in Rubri.& in l.ſi ita quis in §.ea lege ff.
de uerborum obligatio. in uerbo intereſt ubi Barto.
in fin.ac Iaſ.ibidem Bal.in conſ.298.Quæritur utrũ
colum.3.lib.2.& in conſi.486.ſtatutũ prouidet &c.
colum.2.eodem libr.quem ac nonnullos alios refert
Andr.Tiraquel.de connub.in ſecunda parte gloſ.i.
numero ſeptuogeſimo addẽs fuiſſe Phocylidis ſenten
tiam qui inquit.
Omnium modus eſt optimus, exceſſus uero malus
Si ergo eſt proxenetarum modus temperet ſe proxe-
neta noſter immo abſtineat à mendacij quæ non diu
4 fallunt, & quibus omnes ferè proxenetæ abundant,
& ſine his negocia expediri non poſſe falsò dictitãt
& merito uero ſcripſit in l.prima in §. aiunt ædiles
numer.77.ff.de edil.edict.in ambiguo mendaces pro
xenetas præſumendos citat text. in l.iuſtiſſime in §.
primo in fine.ff.de edil.edict.de quo textu uide à me
ſcripta in tracta.de mercatu.parte prima nume.17.
Tollendum eſt.n.( ut inquit Cicero off.li.3.in rebus
con-

contrahendis omne mendacium,mendacium . n. ſine
peccato eſſe non poteſt c.beatus & c.primum 22 . q.
ſecunda.Tractent igitur negocia in quibus interue-
niunt absq; mendacijs, & non differant, ſed defun-
gantur ideſt explicent,& bonum dent exitum non
5 poſſunt.n.uideri proxenetæ boni uiri arbitratu ſe ge
rere, & modum ſeruare in negotijs qui partes ( ut
pleriſq; ſolent,fruſtrando efficiunt ne ad exitum ne-
gotia deducantur ut eleganter Iuriſconſultus inquit
in l.fina.ff.de procurato.& contra eos qui fruſtran
tur uide l.eius qui ff.de appellatio.recip.& l. ſed &
ad eos ff.quibus ex cauſis maio. ut intelligas , & id
turpiſſimum in proxeneta &c.& legibus puniri,&
quando eſt proxenetarum modus ſciant proxenetæ ,
quòd ſi faciendi pone nominis cauſa interueniant nõ
6 poſſunt quaſi mandatores teneri quia magis mon-
ſtrãt nomen quàm mandant tametſi laudant,ex ſen
tentia Iuriſconsulti in l.ſecunda ff.eod.ſit tamen pro
xenetarum commendatio ſeu laudatio mercium, uel
nominis boneſta,& cum aliquo temperamento ita ut
non ſolum dolo careant , ſed & doli mali ſuſpitione ,
& propter ea quæ in ſequenti parte plenius dice-
mus .

Solebantq; & debẽt proxenetę librum conficere in quo
conuentiones ſcribãt,idq́; lege municipali in Patria
7 mea cauetur,certaq́; forma librum conſcribendum
mandatur,& hic quædam aptari poſſunt ex his quæ
dixi in tracta.de Mercatore in ſecunda parte nume.
51.& ſequen.nume.quæ igitur ad hunc locum atti-
nent



nent illinc aſſumi poſſunt illudq́; præcipuum eſt de
more librum factum atq; conſcriptum oportere , in
quo non defunctorie proxenetæ conuentiones ſcribãt
hoc eſt non neglecte & oſcitanter quo uerbo Iuriſcõ
ſultus Vlpianus utitur in l.ſecunda ff.ad.ſil.C.tertul.
nec quidem defunctorie,aut obſcure ut idem Vlpia-
nus inquit in l.aut qui infra ff. quod ui clam , clare
igitur & aperte conuentiones ſcribant & bonam fi-
de,uoluntates etiam contrahentium ex fide requirãt
& interpretentur,& actus ſui rationem diligenter
conficiant l.argentarius ff.de eden.& in ſumma pro
be ſe agant circa omne officium ſuum, & temperent
ſe ab his quæ ſunt probibita ut eleganter Iuriſconſul
tus ait in l.prima in §.præterea ff.de offic. præfect .
urb.& modum ſeruabunt ſecundum Iuriſcõsulti no
ſtri ſententiam.Hęc.n.omnia iuriſconſultus noſter
uno uerbo complexus eſt dum inquit, eſt.n.proxene-
tarum modus.Ex quo , & his quæ ſequuntur lector
candide diſpice quàm ueteres Iurisconſulti,& uerbo
8 rum pondere,& ſentẽtiarum grauitate,& latini ſer
monis candore,& breuitate recẽtiores ſuperauerint.
Dicet aliquis uerbum modum diuerſis modis in iure
accipi,quod & uerum eſt,& cum pro quantitate ali
quando accipiatur ut in l. cum hi in §. modus ff. de
tranſactio.proxenetarum modum &c.Iuriſconſultũ
ſenſiſſe hoc eſt certum numeri eſſe debere,quaſi non
omnes officium proxenetæ poſſint exercere , placet
autem mihi expoſitio primo loco relata , nec.n. legi
9 probibitum huiuſmodi officium exerceri, & genera
liter

*liter crediderim unumquemq; proxenetæ officio fun*
*gi poſſe his omnibus ferè exceptis quos mercaturam*
*exercere non poſſe annotaui in tracta. de Mercatu-*
*ra in quarta parte,& his addes quæ in quæſtionibus*
*dicemus infra ſcilicet in quarta par.& præſertim in*
*illa quæſtione cuius initium eſt occurrit hic alia quę*
*ſtio &c. Laudandos tamen arbitror Populos Merca*
*turæ maximæ operam dantes, qui certæ conditionis*
*homines & præfinito quodam numero,& certa for-*
*ma officium proxenetæ exercere decreuerint prout*
*lege municipali in Patria mea prouidentiſſime eſt*
*cautum.*

*Subijcit Iuriſconſultus (ut ad eum aliquando redeã)*
*non adeo Improbabili more ſe exhibent, quæ uerba*
*peruertenda duximus,ut iuxta Rubricam prius de*
10 *officio proxenetæ diſputaremus Accurſius in uerbo*
*non adeo exponendo inquit ut ſalarium ultra modũ*
*habeat,quod uelle uidebatur.Hæc ille (ſed ni fallor)*
*Iuriſconſulti & litteræ hic eſt ſenſus. licet in initio*
*legis dixerimus proxeneticum eſſe ſordidum & mu-*
*nus ſeu officium proxenetæ ſordidum inſtar officinæ,*
*inquit.n.Cicero off.lib.1.in Rubric.de quæſtio. arti-*
*buſq; honeſtis & in honeſtis:Illiberales autẽ & ſor-*
*didi quæſtus mercennariorum omnium quorum ope-*
*ra non quorũ artes emuntur,opificesq́; omnes in ſor-*
*dida arte uerſantur nec.n.quicquam ingenuum po-*
11 *teſt habere officina,Nihilominus proxenetæ non a-*
*deo more improbabili utiles in cõmercijs ſe exhibẽt*
*quaſi dicat officium proxenetæ non eſt adeo ſordidũ*
*non eſt*



*non eſt adeo improbandum & uituperandum & nõ*
*adeo improbanda obſeruatione & conſuetudine ui-*
*tuperanda ſe utiles exhibent in uenditionibus, &c.*
*Simile eſt illud Ciceronis in loco relato. Mercatura*
*ſi tenuis eſt ſordida putanda eſt,ſin magna & copio-*
*ſa,multa undiq; apportans, multisq́; ſine uanitate*
*impartiens non eſt admodum uituperanda, qui Cice*
*ronis locus noſtram interprætationem,& ueram ual*
*de confirmat unde Paulo ſuperius relatus Azzo in*
*ſumma C.eodem ſcripſit eſtq́; operula ut pote utilis*
*non contemnenda in magna Ciuitate,pro qua ſentẽ-*
*tia eſt quia non agitur lo cati ut in l.ſecunda ff. eod.*
*exemplo menſoris ubi Accurſius citat l.prima §.pri*
*mo ff.ſi menſor fal.mod.dixer.quaſi hæc operula be-*
*neficij loco præbeatur, & id quod proxenetæ datur*
*ad remunerandum detur,Nam proxenetæ opera nõ*
*eſt ea quæ dicitur diurnum officium ff.de .oper.liber.*
*l.prima nec in labore tantum perſonę conſiſtit, ſed*
*animi,laborat enim in excogitando quomodo par-*
*tes componas & negotia perficiat,& uide quæ dicã*
*in ultima particula ult.par.His illud eſt adijciendũ*
*quod ſcripſit Baldus in conſil.50.uolum.ſecundo pro*
*xenetæ communiter ſunt homines uiles, & ſperant*
*proxeneticum,& his duobus ſimul iunctis lex habet*
*eos ſuſpectos niſi producantur de conſenſu partium,*
*& Abba.in capitu.inſuper numero 21.de teſtib.in-*
*quit.Iſti proxenetæ communiter ſunt infimi,quæ in-*
*telligenda ſunt ne prædictis repugnare uideantur,*
*ſed ut unde diuerteram redeam,ſi relata uerba ſecũ-*
*dum*

dum interpretationem Accur. ad ſalarium refere, males die licet ſordidũ ſit proxeneticũ & munus proxenetæ non eſt tamen adeo ſordidum & uituperandum,& quia utiles ſe exhibent & reliqua in proxenetico conſtituendo modus eſſe debet:& quantitatis & negotijs in quo operula defunctus eſt & miniſterium accommodauit ut Iuriſconſultus inquit in principio dictæ legis. Et his etiam addes circa uerbum improbabili more alibi Iuriſconſultum dixiſſe malo more ut in l. At qui natura ff. de nego. geſt. ibi malo more pecunia erogata,& de hoc uerbo more plura Budeus ſcripſit in annotationibus in pandettas in l. ius ciuile ff. de iuſti.& iur.

12 Subiungit Iuriſconſultus utiles ſe exhibent quod & uerum eſt & experientia uidemus, Hi. n. uoluntates hominum conciliant demonſtrando & hortando unde ſummæ prudentię & authoritatis apud græcos Plato cum inſtitueret quemadmodum Ciuitas bene & beati habitari poſſit in primis negotiatores neceſſarios dixit ne auocentur ab opere ruſtici, ut legitur in l. ſecunda ff. de nundin. ubi Iuriſconſultus ſubijcit indiget Ciuitas pluribus utiq; ruſticis & alijs conductoribus & alijs miniſtrantibus, inuehentibus,& euehentibus ſingula,& reliqua. Nam & proxenetę miniſterium præbent ut in initio diximus & hæc de prima Rubricæ parte.

Sequitur Iuriſconſultus emptionibus: uenditionibus, cōmercijs contractibus, dixerit aliquis uerba emptionibus uenditionibus ſuperuacua eſſe, quippe cum con-

tractus



tractus ultro citroq; ſit obligatio uel uti emptio, uenditio, locatio, conductio, ut in l. Labeo ff. de uerborũ ſignificatio.& de quo uerbo And. Tiraquel. plenius diſputauit in libro de leg. connub. in 6. gloſſ. per totā item & uerbum commercium generale eſſe ad om-
13 nem contractum probatur in cap. Lotharius de prohib. feud. ali. per Loth.& probat Accurſius in §. primo inſtit. de inuti. ſtipul.& in l. ex hoc iure ff. de iuſtit.& iur.& inquit Ale. in l. cætera in. §. ſed & ſi quis ff. de leg. primo commercium proprie &c. ubi aliquid ſimul cum alio geritur,& dixi in tracta. de Mercatu. in prima parte numero 94. nihil autem in iure noſtro ſuperfluum eſſe Imperator inquit in prohem. ff. §. Quibus, ſed uidetur mihi & ita ſe habet iuriſconſultum uoluiſſe ſpecialiter de uenditionibus,
fal.mod.dixer.& præcipue falluntur ac decipiuntur
contrahentes à proxeneticis in renunciationibus &
computationibus de quo uide Bartol.in l.fi.ff.ſi men
ſor fal.mod.dixe.Et plerunq; cum iam contractus in
ter aliquos in mundum retulerint ijdem acceptam
ab alio pecunia inter turbant,uel lucri maioris cau-
ſa conditione meliore falsò demonſtrata,aut præter
ſalarium ab alio aliquid accipientes negocia figunt
atque refigunt? Solentq; præcipuæ ſcientes aliquem
facultatibus labi lucri cauſa idoneum affirmare ut
hac eadem parte dixi uerſiculo. Denique nume.16.
Itē mali proxenetæ delinquūt ut paulo ſuperius di-
xi uer.*



*xi uer.ſolent.ij. & præſertim referendo uerſi.ſub nu
mero.35.Delinquit etiam plerunq; ut in ſeq.par. di
cam uerſicu.ſolent Ancona,&c.nu. 14.Item fraudu
lenta conſilia plerunq; mercatoribus,& iam iam la-
pſuris facultatibus dant in necem creditorum, ut ra
tiones maxime in fraudem creditorum tam in codici
bus quàm in aduerſarijs intricent,intercidant, adul-
terent,& turbent iuxta legem ſumma cum ratione.
ff.de pecul.l.Quidam ff.de in rem uer.& uide elegā
tem l.prima in §.fina.ff.de ſer.corrupt. & quæ ple-
nius ſcripſi in tractatu de decocto.præſertim in ter-
tia parte. Alia ſcelera conſulto, & breuitatis cauſa
taceo: Illud solum adijciam confugiendum eſſe in eo
rum ſceleribus præter titulos ordinarios de dolo in ff.
& C.ad l.iij.ff.de crimi.ſtellion.& titu.ſi menſ. fal.
mod.dix.ex quibus multa colliges.*

*Et generaliter dicendum eſt ijſdem pœnis proxenetas in*
42 *delictis & in illicitis interuenientes puniendos eſſe
quibus principales, & hos tantum caſus excipiēdos
eſſe in quibus aliter lege expreſſe cautum apparet ut
in l.uni.in §.pœnas C.de rapt.uirgin.mouent me l.fi
na.ff.de proxene.& capit.primo de teſti.lib.vi. ubi
geminianus & Philipp.Franc.notarunt: Item ratio
nes,& quæ plenius hac eadem parte retuli.uerſic. ſo
lent plerunq; &c.præſertim numero 36. Et his ad-
des quæ ſcripſit Bartol.in l.is qui opem ff.de fur.ſub
numero quinto Dec.poſt alios in capit.primo de off.
delega.numero.23.& ſequen.numeris & præſertim
in uerſicu.Quarto limitatur Felin. in capit.ſicut di-*

gnum præcipue ſub numero 6.de homicid.Saly.in di-
cta l.raptores & Mar.in pract.in §.conſtante ſub nu
mero.55.& quæ ſcripſi in tracta.de decocto.in ſecũ.
parte ultimæ par.nume.8.& ſequen.numeris Paul:
Girl.in tract.de pœnis omni coit.uerſicu.decimo nũc
eſt uidendum per totam quæſtionem,& maxime nu
mero.20.Quibus adijciendum eſt quod Ludouic. Ro
man.in ſingu.ſuis ſcriptum reliquit Is.n.ſingu. dec.
22.proxeneta illicitorum contractuum &c. ait pro-
xenetam illicitorum contractuum honore perſonæ,
& dignitate, & officio priuari ſeu diſpoliari citat
cap.non liceat Papæ 12.quæſtio.ij.& addit ſi laicus
eſt debet pœna excommunicationis infringi, ſi cleri-
cus à proprio gradu deponi capitulo ſi quis epiſco-
pus primæ quæſtio. prima, & ſubijcit id memoria te
nendum eſſe tanquam quotidianum, refert ac pro-
bat Bertachin.in ſuo repertorio in uerbo proxeneta,
& uerſicu.in l.iuſtiſſimæ in §.proponitur in fin. ff.de
edil.edict.Sed illud huic rei annotandum eſt, relatos
textus in ſingularibus caſibus loqui,id autem gene-
raliter, & perpetuo uerum eſſe non probo,& uide-
bis Geminia.in dicto capitu. non liceat inquit enim
in tertio notabili Nota pœnam alienantis prædicta
bona,quia deponitur concordan.capi.Apoſtolicis ſu
pra ea.& ſimiliter proxeneta, quod etiam animad-
uertit Ioann.Bernard.in ſua pract.crimi.cano. capi-
te quinquageſimo primo clericus proxeneta quod ſi
libet legito.

Cogendi ſunt, & proxenetæ libros quos officij ratione
confe-



43 confecerint partibus edere,& in quibus conuentio-
nes ſcribunt. Equum enim eſt ut id quod mei cauſa
confecit proxeneta meum quodammodo inſtrumen-
tum mihi edi l.prætor ait ff.de eden.officiũ enim pro
xenetæ quaſi publicam habet cauſam.Et hic princi-
palis eorum opera eſt,ut diligenter negocium con-
ſcribant l.argentarius ff.de edend.Et ex conſuetudi-
ne quæ in Patria mea uiget & ferè ubiq; libros ha-
bent proxenetæ,& conuentionum,uel expreſſe, uel
tacitæ ratione conſuetudinis partibus mandantibus
libros conficiunt. Vnde conuentiones ad contrahen-
tes pertinere uidentur quaſi tractauerint ſeu ſcripſe
rint ipſis mandantibus l.ſi quis ex argentarijs in. §.
pertinere ff.eodem de eden.& facit l. quædam eodẽ
titu.ubi Barto.declarat quomodo petenda ſit editio
Item text.in l.uel uniuerſorum ff.de pignorat. acti.
l.Titianus ff.quod cum eo l.fina. C.de fideiuſſ.& ui-
de Bald.in l.prima in tertia colum. C. de edend. ubi
iuris interpretes plenius ſcribunt,& in capit.primo
de proba.præſertim Fely.& Dec.Sozi.in tract. fal.
fall.112.nu.11.Car.Rui.in conſil.33.in ter.col.uol.
4.Quia in hac cauſa,&c.Quod admittendum eſt ubi
lege municipali, uel conſuetudine libris proxeneta-
rum aliqua fides habetur,& ſecundum ea quæ in ſe
quen.par.dicam uerſicu.Apud Bertach.uel ubi uer
ſamur in caſibus enumeratis in eadem parte in ead.
queſtion. An Proxeneta in negotio in quo inter-
uenit poſſit eſſe teſtis. Edenda autem ſunt om-
nia ad partes pertinentia. Hæc Proxeneta ede-

 re ui-

re uidetur ſi totam conuentionem non edit. ¶Edi
ergo debet conuentio à capite. Nam conuentio ni-
ſi à capite inſpiciatur intelligi non poteſt, ſed non
totum contrahentibus codicem conuentionum to-
tasq; membranas ſeu paginas inſpiciendi deſcriben-
diq; poteſtas fiat, ſed ea ſola conuentio tractata in
ſpiciatur, & deſcribatur l. prima §. edenda lege ar-
gentarius §. edi autem ff. de edend. Sed & ſi plures
proxenetæ ſint (nihil enim probibet plures in nego-
44 cio interuenire, omnes ad editionem compellendi
ſunt, Quid enim ſi humilis, & deploratus unus e-
diti, ut dubitare quis merito de fide editionis poſſit?
Omnes ergo edere debent aut unius editionis ſubſcri
bere l. ſi quis §. cogentur ff. e.

## FINIS TERTIA PARTIS.

## QVARTA PARS QVESTIONVM.

### SVMMAE.

1 *Dolus proxenetæ non reddit contractum ipſo iure nullum.*

2 *Dolus contrahentium ſi bonæ fidei contractui cauſam dedit uitiat contractum ſi modo circumuentus uoluerit & petierit.*

3 *Dolum alterius alij obeſſe eſt iniquiſſimum.*

Nunc



*NVnc, ut in initio polliciti ſumus, ad quæſtiones tranſeamus, quæ (ni fallor) tractatum noſtrum uberiorem, & fertiliorem reddent, Diximus Paulo ſuperius proxenetam de dolo teneri commodiſſime igitur quæritur primum. Num dolus proxenetæ reddat contractum ipſo iure nullum, & quia alterius circumuentio alij non præbet actionem ut in regula alterius de regulis iuris nullum reddere uidebatur quod & Accurſius in eadem Regula notauit, & Alber. in lege ſecunda ff. de proxene. Diuerſa tamen ſententia obtinuit ut mediatoris dolus contractum non uitiet, ſed contrahentium ſi bonæ fidei contractus cauſam dedit, modo circumuentus uoluerit, & petierit ut declarat Angel. in lege ſi quis aliam §. ſed & ſi quis ff. de ſolution. & Paul. Caſtrē. in conſilio. 295. Si dicta pignora columna prima lib. ſecundo, & probat alios referendo Andr. Tiraquel. in l. ſi unquàm C. de reuocan. donation. in uerbo Reuertatur numero decimoſexto: & Iaſ. in §. Actionum numero quadrageſimo primo & ſequent. inſtit. de action. Iniquiſſimum enim eſt dolum alterius alij obeſſe lege ſi procurator ff. de doli exceptione, lege iniquiſſimum ff. de iur. & facti ignorant. lege in ſumma in §. emptor ff. de peculio, & notauit Accurſ. in lege eleganter ff. de dolo ubi Bartol. Bald. & Raphael probant, & Iaſon ubi ſupra numero quadrageſimoquarto, & idem Accurſius notat in lege ſe-*

 cunda

*cunda quæ eſt ultima in uer.ſi dolo C.de fideiuß. tuto. De dolo tamen contra proxenetam agi poſſe nemo negat ut not.in dicta l.eleganter, & ſcripſit Alber.in citata regula alterius in qua pone ſeu finge caſum ut Decius ibidem ſcripſit & Hieronym. Cagno. non improbat eodem in loco, & his addes l. ij .ff .de proxe.& quæ in ſuperioribus diximus, & ſequenti quæſtione dicemus.*

## *SVMMAE.*

1 *Emptor an teneatur ex dolo commiſſo à Proxeneta.*

2 *Dolus ſi fuit commiſſus per proxenetam, & emptorē & dedit cauſam contractui prius emptor conueniendus eſt de dolo, & in ſubſidium Proxeneta tenetur.*

3 *Dolus qui dedit cauſam contractus, & fuit commiſſus per proxenetam tantum, & emptor non fuit particeps contra proxenetam prius agitur & eo nõ exiſtente ſoluendo contra emptorem.*

4 *Dolo proprio uti quis lucrum facere nõ debet, ita ex alieno dolo lucrari non debet.*

5 *Compromiſſum ſi factum ſit in arbitrum ſeu arbitratorem, & conuenit ſtare laudo ſiue æquo ſiue iniquo & ſi dolus arbitri arguatur quòd contra compromittentem agi de reductione non poſſit ſed contra arbitrum, uel arbitratorem agendum ſit de dolo ſuo niſi in ſubſidium.*

*6 Emptor*



6 *Emptor an ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa propter dolum proxenetæ teneatur reſtituto præcio ad rem uenditam reddendum.*

7 *Actio quòd metus cauſa in rem ſcripta eſt, & ideo non quæritur an is qui conueniatur an alius metũ fecerit.*

8 *Dolus ſi incidit in contractum purgatur per actionē ex eo contractu deſcendẽtem, & ideo proxeneta qui interuenit non poteſt conueniri niſi in ſubſidium.*

9 *Dolus dicitur dare cauſam contractui quãdo nõ erat alias contracturus niſi dolo foret inductus ad contrahendum. Incidit in contractum quando alias erat cõtracturus, ſed deceptus fuit in præcio, uel ſimilibus.*

*INcurrit hic illa quæſtio an ex dolo commiſſo à proxeneta emptor uẽditori teneatur, quam plenius Pyleum diſputaſſe Albericus refert in lege ſecunda ff. de Proxenet.in quæſtionibus ſuis quæſtio.*

38\. *In qua re cum Pyleum nunquàm legiſſem neq; ab eo ſcripta relata uidißem forte fortuna (ut fit inter amicos) in ſermones incidi cũ Iuriſconſultiſſimo & mei amiciſſimo Vincentio Portico Lucenſi uiro: is enim antiquitatis amicus ueterum iuris interpretum, & nomina, & ſcripta ſtudet reſurgere, & Chiriacum ciuem meum imitatur qui cum totam Europam partemq; Aſiæ, & Affricæ peragraſſet de-*



ſet de-

ſet deſcribendarum atque effingendarum antiquitatum cauſam interrogareturque quid nam ageret, quid ue conſilij eſſet. Do inquit operam, ut mortui reuiuiſcant, & qui ex Pylei quæſtionibus quas in antiquis membranis habet, & imprimendas uigilat quæſtionem hanc bona fide deſcriptam manu propria ut noſtri dicunt, & rectius manum ſua transmiſit, quam placet (ut ſcripſit) ad uerbum referre.

## Quæſtio Pylei. 38. Quæritur utrum iacet ut. 1. In Rubro de emptore qui conuenitur ex dolo Mediatoris.

1 QVæritur utrum teneatur emptor uenditori nomine doli commiſſi à mediatore. Proponitur actio, ex uendito, quod teneatur ſi quidem talis emptor ex dolo minoris, ergo ex dolo mediatoris, ut ff. ſi menſ. fal. mod. dixer. l. iij. §. i. Pone nemo debet cum iactura locupletari aliena ergo, nec emptor à iactura uenditoris arg. ff. de iur. do. l. matèr. Item maxime cum dolus alterius alteri non prodeſſe, uel obeſſe debeat, ut ff. depoſit. l. ſi quis inficiatus in fine, & ff. Pro ſuo ſi ancillam & ff. de acq. rer. do. Pompe. Item



Item quia nil intereſſe debet à quo dolus commiſſus ſit in hac uenditione ſed an ſit commiſſus ut. ff. quod met. cau. l. ſi cum exceptione. §. in hac. Nam & alias non intereſt quis commiſſerit, nimirum licet alias dari non deberet, datur tamen quia ex dolo aliquid ad eum peruenit arg. ff. quando es fact. tut. l. dolus & in hæredem. ff. quod ui aut clam quod, Item alia ratione emptor conuenitur fortiori. ſ. quia tunc dolo uidetur facere cum ſciens dolo acquiſitum mediatoris non reſtituit licet nihil ab initio dolo fecerit arg. ff. de acq. re. dom. Pompo. ff. depro. 2. ſiquis inficiatus & . ff. pro ſuo ſi ancillam pone nihil intereſſe utrum ab initio fuerit conſcius, & doli particeps, an poſtea ut. ff. de tribut. l. illud. §. 1. de petit. hære. ſed & ſi. §. de eo qua propter ex dolo ſuo potius cauſari committitur quam alterius, eſt quoque ratio fortior quæ ad cōdemnationis laqueum emptorem adducit. Item quia dolum mediatoris ſuo quoq; nomine commiſſum ratum habere conuincitur quando ſciens doloſe factum non reſcindit immo defendit arg. eſt de admi. tut. l. ult. C. de impen. ſine &. C. ad Maced. ſi filius quamobrem quod ab initio fieri mandaſſet exigit ut. ff. de ui & ui arm. l. 1. §. quoties & l. idem eſt. & ff. quod quiſq; in l. 3. §. 1.

## In Rubro &c. Contra.

QVOD non teneatur hoc modo uidetur probari quia ſi quis uelit aliquem propter dolum conue

dir-

nire probare debet de dolo eius quem conuenerit factum ut.ff. de doli excep.l.2.& C. de reſcind. uen.l. dolus, Nempe ad emptorem conueniendum non dolus uel ſcientia mediatoris ſed ipſius ſpectatur ut.ff. de lib.cau. in ſeruo &.ff.de tab. exhib.ſi ſint & non procurator minorum 3.pro te allegaſti dicit emptor delicta ſuos debent tenere auctores, nec alter pro delicto alterius debet plecti, uel inquietari ut. C. de pæn. ſancimus &.C. ne uxor pro Mar.l.1.Item cum bẽs quem poßit conuenire de dolo ſine me poſſeſſorẽ conuenire non debes arg.de doli excep.l.5.eleg.§. 1.&.ff. de eo per quem fac. ex hoc Nempe licet tu deceptus ſis ſi modice me conuenire non poteris, licet enim contrahentibus ſe inuicem circumuenire naturaliter ut.ff. de Mino. l. in cauſæ.§. ultimo, &.§. Pomponius.

## Solutio.

IN primis poteſt diſtingui utrum emptoris dolus latuerit mediatorem, an certus fuerit, in primo caſu abſoluitur in.2.arguitur ut.ff. de noxa.act. l.2. Item aliter refert utrum ex dolo Mediatoris aliquid peruenerit ad emptorem. An non ut ſi peruenerit, in id damnetur, ſi non abſoluatur arg. de trib.l. 3.& ff.de dol.excep. l.4.&.ff.quod met. cau. quod diximus, ſed & aliter poteſt diſtingui .ſ. utrum mediator qui dolum adhibuit ſit ſoluendo. An non, ſi ſol-

uendo



uendo, non teneatur emptor, ſi non, teneatur argu.
ff.mand. ſi procurati de inſti. l.1.&.2.&.C.ſi uend.
pig: ag.l. 1. & iij. Item adhuc poteſt intereſſe qui
mediatorem adhibuerit, utrum emptor, an uẽditor,
an uterq;, uel neuter ſed ex caſu aduenerit, ſi emptor
conuenitur omnino ſiue ad eum peruenerit, ſiue non
duntamen abſit aliquid uenditori quia imprudenter
elegit arg.ff.de neg.geſt.at qui natura.§.ult. &.ff.
ad.l.aqui.l.ſi ſeruus.§.ſi furnum &.ff. de cuſto. reo.
l.non eſt.ff.ſi men.fal.mod.dix.l.2. ſi uenditor omni
no non teneatur emptor quia ſibi debet imputare uẽ
ditor quòd talem adhibuerit, niſi emptor dolo parti-
cipatus fuerit, niſi forte in ſubſidium .ſ. cum media-
tor non eſt ſoluendo & aliquid ad emptorem perue-
nit ut.ff.commo. eum qui. Si uero uterq; uel neuter
lucrum ab emptore extorqueatur.ff.de præſcrip. uer.
l.gratuitam.§.1. Hæc Pyleus in ſupraſcripta uerba
qui docte quidem & breuiter ſcripſit more ueterum
iuris interpretum, ſed quoniam in ſolutione quæſtio-
nis aliquantiſper uagari uidebatur, nec in omnibus
eius diſtinctionibus acquieſcendum eſſe, Mihi non im
probe & forſam ex mente legum diſtinguendum ut
ſequitur uiſum eſt. Aut dolus fuit admiſſus per pro
xenetam & emptorem, interuenitq; in hoc ipſo, ut
uenderet ideſt contractui cauſam dedit & emptor te
netur, priuſq; emptor conueniendus eſt quoniam ad
eum negotium principaliter ſpectat, & in ſubſidium
ſi emptor ſcilicet ſoluendo non ſit contra proxenetã
agi poterit l.eleganter ubi Bar. ſub numero 2. ff. de

dolo

*dolo citat in argumen. in ea. l. §. ſi quadrupes &. §.*
3 *ſi dolum, ſi uero dolus qui cauſam contractui dedit*
*per proxenetam tantum admiſſus fuit emptorque*
*non repers contra Proxenetam agendum erit ut in*
*antecedenti parte dixi Planè ſi Proxeneta ſoluendo*
*non ſit contra emptorem agi poterit, qui ex dolo lu*
*crum ſenſit ne propter dolum alienū lucrum faciat,*
4 *& uenditor dāno afficiatur l. fi. §. 1. ff. de eo per quē*
*factum erit et facit in arg. l. ſi procurator. ff. mand. l.*
*dolus. ff. quando ex facto tut. ff. de inſtit. l. 1. & 2.*
*Idq; ſenſiſſe uidetur Alber. in dictā l. eleganter ſub*
*numero 10. & ſicut ex dolo & circunuentione pro-*
*pria nihil conſequi quiſquam debet l. fi. cum Glo. ff.*
*de dolo, malitia enim ſua ullis lucroſa eſſe non debet*
*l. 1. ff. de dolo, ita ex dolo & circunuentione aliena*
*lucrum quis facere non debet. Et hæc ſententia con-*
*firmatur ex his quæ Raph. fulg. ſcripſit in l. ſi duobus*
*& in l. ſi menſor. ff. ſi menſor fal. mo. dix. Illic enim*
*ita ſc iptum eſt, ſed mihi uidetur facere hæc Glo. mi*
5 *rabiliter ad quotidianas quæſtiones, ut ſi factum ſit*
*compromiſſum in arbitrum ſeu arbitratorem, et con*
*uenit ſtare ſententiæ ſeu laudo ſiue æquo ſiue iniquo*
*non proßit qui ſe dicit læſum contra ſecum compro-*
*mittentem de reductione, etiam ſi dolus arbitri ar-*
*guatur, agere, ſed debeat tantum contra arbitratorē*
*uel arbitrum ex dolo ſuo actionem inſtituere, hæc*
*nanque actio dolum duntaxat menſoris coherce ſu-*
*pra eo. l. 1. §. hæc actio, de qua re nunc tractare hoc*
*loco non conuenit, ſed Doctores tradiderunt. C. de*

*Arb.*



*Arb. l. 1. & de cont. empt. l. fi. ubi Bal. & per Bart.*
*1. pro ſocio l. ſi ſocietatem uer. Arbitrorum nec alle*
*gatur hæc gloſa & per Canoniſtas de iureiu. C. quin*
*ta uallis equum tamen uidetur gloſam iſtam etiam*
*ſi uera ſit, limitari niſi in ſubſidium cum arbiter, uel*
*arbitrator non foret ſoluendo tunc enim aduerſus eū*
*qui ex alieno dolo lucrum cum alterius detrimento*
*ſentiret, ſuccurrendum foret, ut ſupra de eo per quē*
*fact. erit l. fi. in princ. ſpeciali tamen nota dignum eſt*
*quòd prius oporteat arbitrum excuti: Hactenus ille*
*in ſupraſcripta uerba quem placuit ad uerbum refer*
*re confirmande ſententiæ noſtræ gratia nec aliter de*
*relatam quæſtione Raphaelis diſſerere, & conſiderā*
*da ſunt Accurſii uerba à Raphaele relata, & his il-*
*lud eſt adijciendum quod idem Raphaele in dictam*
*l. eleganter tentauit in hac eadem facti ſpecie ipſum*
6 *emptorem ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa &c.*
*Reſtituto pretio ad reddendum rem uenditam tene-*
*ri. quod non in ſubtiliter quibuſdam rationibus cona*
*tur probare quem legito, cuius ſextentiæ aduerſan-*
*tur prædicta, & l. iniquiſſimum ff. de iu. & fac. igno.*
*ac aliæ in ſuperiori quæſtione relatæ, cum ius empto*
*ri ex ipſa emptione ſine fraude ſua ſit acquiſitum.*
*Non negat tamen idem Raph. à frequentioribus re*
*ceptum ut ſupra Eſt & aliud huic rei annotandum,*
*quòd relatę diſtinctionis non refragatur l. ſi cum ex*
*ceptione in §. in hac citata à Pyleo ubi legitur in il-*
*la exceptione non queri utrum is qui conuenitur an*
*alius metum fecerit, ſufficere enim hoc docere metū*

 *eſſe*

*eſſe illatum, Nam actio quod metus cauſa in rem
cripta eſt ut inquit iuriſconſultus in l. metum in §.
fi.ff. eo. tit. quod met. cau. de quo uide quid Emil.
ferr.ſenſerit.opin.lib.3.c. 20. Ideo metus unius no-
cet omnibus ad quos commodum peruenit ex metu,
ſed actio de dolo perſonalis eſt merito perſonam com
mittentem dolum non egreditur, & ita reſpondet
Bar.in dicta cauſa l.eleganter in fi.primæ col. et ſeq:
& his addes quæ ſcripſit Dec. in cō.xlij.n.6.et Aym.
in cō.120.confirmādo opinionē &c.Et in cō.252.Re
ſpōſiones ad dubia &c.quē ſi libet legito uagatur .n:
contra morem ſuum pauliper. Sed ut unde diuerte-
8 ram redeam, ſi uero dolus incidit in cōtractum quia
purgatur per actionem deſcendentem ex eo cōtractu
impedit oriri actionē de dolo, quæ datur ſi alia actio
non ſit l.1.& dicta l.eleganter.ff. de dolo.Ideo Pro-
xeneta ad quem negocium principaliter non ſpectat
non poterit conueniri nec ex contractu quia non con
traxit,nec ex dolo quia alia actio competit. Idq́; ſen
ſiſſe uidetur Bar.in eadem l. eleganter col.2.qui ſu-
biiſcit niſi forte in ſubſidiū ut ſupra l.proxima et ea.
l.§.ſi quadruplex quod & memoria tenēdum inquit
& quod ſubdubitās dixit Bar. clare.meo quidem iu
dicio probatur in l.ſi duobus in §.1.ff.ſi mē.fal.mod.
dix.Verba autem iuriſcon.talia ſunt.Si emptor plus
dederit uenditori propter renunciationē, quia con-
dicere poteſt quod plus dederit,agi cum menſore nō
poſſe. Nihil.n. emptoris intereſt, cum poßit cōdice
re,niſi ſoluendo uēditor nō fuerit tunc.n. mēſor tene*

**bitur**



*bitur,ſed ſi uenditor maiorē modū tradiderit frauda
tus à mēſore cōſequenter dicit Pōpo.non eſſe actio-
ne aduerſus mēſorem quia eſt ex uēdito actio aduer
ſus emptorē,niſi et hic emptor ſoluendo nō ſit.Hacte
nus iuriſconſ.clare ergo probatur ſi dolus in contra-
ctum incidit actionem ex eo contractu purgari,& ſi
emptor ſoluendo non ſit contra Proxenetā qui frau-
dem cōmiſit agendum eſſe & notandum eſt quia ua-
rijs & diuerſis modis plerunq́; contingit fraudu-
lenta renunciatione atque ſuaſione Proxenetæ
emptorem integrum precium non ſoluere. Solui-
tur nanq́; precium perſæpe, & innumerata pecu-
nia, & mercibus, ualore earundem certis modis
conſtituto. Et quoniam meminimus de dolo dante
cauſam contractui, & de dolo qui incidit in contra-
ctum placet adijcere quod Alb. declarando inquit
in dicta l. eleganter numero ſeptimo Dolus, ait dat
9 cām cōtractui quādo nō creat alias cōtracturus niſi
dolo foret inductus ad contrahendum, incidit au-
tem in contractum quando alias erat contracturus
ſed deceptus fuit in precio uel ſimilibus dolo malo.
Et circa alia ad materiam propoſitam pertinentia
confugiendum eſt ad dictam leg. eleganter, & ſcri-
pta à Doctoribus ibidem, & in dolo ſtipulatoris ad
l. ſi quis cum aliter ff. de uerborum obligatio. In do-
lo uero promiſſoris ad l. ſi id quod aurum eo. titulo,
& commentarios Doctorum in citatis legibus, & in
§.actiorum inſti. de acti.*

**Summæ**

## SVMMAE.

1 PRoxeneta matrimonij ſi dixit mulierem formoſam nullumq́; animi uitium habere, ſi reperiatur deformis uel animi uitia appareant, an teneatur de dolo? Matrimonium enim ſeparari nequit.

2 Proxeneta in dubio præſumitur in dolo et hoc genus hominum in mendacio.

3 Matrimonium ſi contraxi cum Berta, quia eius pater animo non ſeruandi aſſeuerauit eam hæredem inſtitutorũ cum alijs filiabus, ſi non fecit, matrimoniũ non uitiatur, & mihi qui credidi non eſt aliter conſultum.

4 Matrimonium non eſt nullum ſi dolus dedit cauſam.

DIXIMVS in ſecunda parte uer. & conſequenter num. 15. & in matrimonijs contrahendis & poſſe & ſolere Proxenetas interuenire unde quæritur apud uer. in l.1. in §. aiũt ediles nume. 26. ff.de edil.edic. Proxeneta ut ad matrimonium contrahendum Sempronium cum Berta induceret dixit Bertã egregia forma eſſe integra ætate, colorem uerum. corpus ſolidũ, & ſucci plenum habere, nullumq́; morbum in corpore, aut animi uitium, deinde, uel animi uitia apparuere uel deformis reperta eſt, an teneatur Proxeneta, matrimonium enim ſeparari non poſſe certi iuris

eſt



eſt propter huiuſmodi (ut ait, errores) quos.n. Deus
coniunxit homo non ſeparet. xxix. q. 1. §. 1. & notat
Ioan. And. in ſumma quarti libri in c. impedimenta
in. §. fortunæ, & ait uidetur teneri certiorem nanq;
facere debebat quid morbi uitij ue in Berta eſſet l. 1
in princ. eo. titulo ff. de edil. edic. & non ad temera
rium aſſertionem deuenire, pro qua ſententia citat
Textum in l. Iuſtißime. §. 1. ff. eo. Contra ſubdit fa-
cere l. 2 ff. de proxe. ubi dicitur ſi proxeneta rẽ lau-
det non tenet, putat igitur diſtinguendum. An pro-
xeneta dolo caruerit & non teneatur, aut dolum &
calliditatem admiſerit, & actione de dolo teneatur
dicta l. 2. in fi. ubi caſus & probatur in dicta l. elegan
ter in §. fi. cum l. ſeq. ff. de dolo cum ſimilibus citatis
ab Accurſio in dicta l. 2. in fi. & addit in re dubia
præſumendum in dolo fuiſſe, huiuſmodi nanq́; ge-
nus hominum mendax citat dictam l. Iuſtißime in §.
1. ego autem in propoſita quæſtione diſtinguendum
& reſpondendum ſentio ut ſupra in tertia parte di-
xi uer. deniq́; num. 7. & ſequentibus numeris & il-
linc aſſumes quæ ad hanc quæſtionem pertinent: Sed
& addes quod in quotidiana quæſtione inquit Bald.
in l. cum Archimedorã nu. 10. & ſeq. C. ut in poſſes.
l. ſi Titius non animo ſeruandi ſe filiam hæredem in
ſtituturum una cum alijs filiabus aſſeuerauit, meq́;
hoc modo ad contrahendum matrimoniũ cum ea in
duxit, ſi non fecit, matrimonium non uitiari. An au
tem mihi aliquo remedio conſuli poßit, tandem ue-
rius eſſe ait me ſtultum qui ita contraxerim, et mihi

 imputan

imputãdũ, pari rõne et forſan fortiori aſcribẽdũ cul
pæ eſt ei qui proxenetæ laudãti fidẽ habuerit, horum
.n. ingeniũ ad mẽdacia procliue eſt. Et hoc admonẽdi
gratia placuit ãnotaſſe, nõ autẽ quòd ea quæ in ter-
tia parte dixi ĩmutanda cẽſuerim. Deniq; relatã Ve
ronẽſis ſentẽtiã annotatã et nõ improba ã legi apud
cõmẽtarioſs Iaſo. in §. actionũ ſub nu. 44. lit. A. In-
ſtit. de acti. In quo loco & ſub n. 37. Idẽ Iaſ. ſcripſit ſi
dolus dederit cãm matrimonio matrimoniũ non eſſe
nullũ de quo Accur. in l. à Diuo Pio. ff. de Ritu nup.
Glo. & Doctores in c. cũ dilectus quod met. cau. et in
c. cũ dilecti de empt. et uẽd. notauit Abb. ſub n. 7. &
apud eũ etiã legitur & adde bonũ tex. 29. q. 1. circa
prin. Nico. euer. in libello qui inſcribitur centũ modi
arg. loco 33. A matrimonio carnali ad ſpirituale.

S V M M AE.

1 Emptori an ſit reſtituenda pecunia quam in proxe-
netis erogauit ſi res uendita redhibetur.

2 Proxenetæ ſi decem dedi ut equum mihi uendi pro-
curaret. & operula ſua fuerit uenditus, ſi tanquam
morboſus aut uitioſus fuerit redditus, non poſſum re
petere decem quæ proxenetæ dedi niſi in dolo fuerit
prexeneta.

ITem quæritur ſi res uendita redhibetur num emptori
reſtituẽda ſit pecunia quã in proxenetis erogauit, &
frequẽtioribus placuit ſiquidẽ ſpõte dedit emptor à
uẽditore nõ recipiat. Si uero ex uoluntate uẽditoris
dederit recipiat. Cũ .n. ex partiũ uolũtate proxene-
ta interuenit, & proxeneticũ ſoluitur equitas ſugge





rit cũ res uẽdita redhibetur reddi idq́; ſenſit Accur.
in l. debet ff. de edil. edi. & in l. illud in §. condẽnatio
eo. ti. & Iuriſcõſul. ſenſiße uidetur dũ inquit. Debet
aũt recipere pecuniã quã dedit, uel ſi quid acceßio-
nis nomine dederit, dari aũt non id ſolum accipimus
quod numeratur uẽditori pretiũ & uſuras eius, ſed
& ſiquid emptionis cã erogatũ eſt, hoc autẽ ita de-
mum deducitur ſi ex uolũtate uenditoris datur, cæte
rum ſi quid ſua ſpõte datũ eſſe proponatur nõ impu
tabitur, neq́; .n. debet quod quis ſuo arbitrio dedit à
uẽditore exigere. In qua l. Accur. in uerbo erogatũ
exponendo inquit ideſt mediatori, quia forte uendi-
tor dixit emptori non tibi uendã niſi per talẽ homi-
nem. Tu .n. da de tuo & ipſe nos conueniet & in eo.
loco Bar. in propoſita queſtione ait aut ſpõte ẽptor
dedit et nõ repetit, aut ex neceßitate et repetit, ne-
ceſſario autẽ debetur proxeneticũ cũ ex partiũ uolũ
tate proxe. in ẽptione ĩteruenit, et Accu. ſentẽtiã, et
Ang. et odof. ab eo relatus, et Vero. in eadẽ lege pro
barũt, et cõmẽdat Acc. Bal. ibidẽ, nec moueat quòd
Ang. Ar. in. §. ĩ dupplũ col. pe. uer. et dicĩt redhibi-
toria etc. inſtit. de act. ſimpliciter ſcripſerit emptorẽ
recuperare id quod datũ eſt proxe. ut animaduertit
And. Tiraq. ĩ com. de utroq́; ret. §. 29. et glo. 4. n. 10
is .n. citat legẽ ediles etiã in §. fi. cũ l. ſeq. et in l. debet
quæ ſequĩt à iuriſc. ſit relata diſtinctio, aut ẽptor ſpõ
te dedit, aut ex uolutate uẽditoris dedit, unde ſequĩt
Ang. Aret. ſecundum relatam diſtinctionẽ ſenſiſſe,
iuris nanq́; interpretes intelliguntur ſecundum iura

ab eis citata l. non ſolum §. liberationis uerba §. die
lib.leg.ubi Bar.& ſanè relata diſtinctio rationabilis
eſt,nec hæc hinc ommittendum quòd Mart.fanen. in
quit in l.1.ff.de cond.cau.dat is.n.arg. illius legis in
2 fi.(ut Albericus refert) putabat, ſi cum quendam
equum uelle emere proxenetæ decem dedi, ut mihi
eundem equum uendi procureret & opera ſua fue-
rit uenditus ſi uitioſus ſeu morboſus eſt equus & pro
pterea redbibitus decem quæ proxenetæ dedi me poſ
ſe repetere, quod uerum non eſſe ex prædictis liquet
id .n. quod proxenetæ datum eſt propter operulam
ſuam & miniſterium adhibitum repeti nequit. quod
& Iaſ.eodem in loco animaduertit, plane ſi proxene
tæ dolus interueniſſet ſecundum ea quæ in antecedẽ
ti parte diximus actione de dolo poſſem recuperare,
& hoc caſu Mar.fan.& Alb. ſententia admittenda
eſſet et his adde quæ dixi Paulo ſuperius uer.ĩcurrit

1 Conſanguineus ſi uigore legis municipalis aut conſue
tudinis retrahit rem uẽditam num teneatur reſtitue
re emptori quod in proxenetis erroganit.

1 Incurrit hic ſimilis quæſtio impleriſq; locis conſan-
guineus intra certum tempus ius habet retrahendi
ſeu reuocandi rem uenditam,Num quod ab empto-
re proxenetis datum eſt reſtituendum ſit à conſan-
guineo retrahente, & ex his quæ proxime diximus
respondendum uidetur ut ſcilicet ſi uoluntate et con
ſenſu uenditoris emptor proxenetæ dederit reſtitua
tur tanquam pars pretij id.n.emptionis cauſa eroga
uit,contra uero ſi ſpõte dederit dicta l, debẽt & hãc

que-



quæſtionem And.Tiraq.inter recentiores non leuis
iuris interpres tractauit in relato loco ſub n.8.referẽ
do Ang.Are.qui abſq; diſtinctione reſtitendum in-
nuiſſe uidebatur,ſed Angelũ (ut diximus, ſecundũ
relatam diſtinctionem ſenſiſſe credendum eſt, & his
addes quæ in calce ſequentis quæſtionis dicam.

1 Statutum dicens de pretio rei uenditæ gabellam ſol
uis quòd intelligatur deducto eo quod in proxenetis
eſt erogatum.

2 Res tãti uidetur uẽdita quãti apud uẽditorẽ remãet

1 Quæro legæ municipali cauetur de pretio rei uẽditę
gabella ſoluatur ſex denariorum pro libra, ſi cẽtum
quis rem uendiderit, uenditionis tamẽ cauſa uiginti
erogauerit in proxenetis & pro clamationibus,num
deducẽdum ſit quod eſt impẽſum ita ut pro octuagin
ta tantum nõ autem centum ſoluatur uectigal.Bar.
in l.ſed ſi hoc in §.quidam.ff.de cond.& demonſt.pu
tabat & recte referre quomodo legis uerba cõcepta
ſint.& ſi quidem lex.in hæc uerba ſe habeat.ueſtigal
ſolui de precio recepto à uenditore pretium intelligi
non id quod ab emptore datũ eſt,ſed quod apud uẽdi
torẽ remanet, & cõſequenter deducto proxenetico
pro octuaginta tãtum ſoluetur. Idẽ uiris eſt ſi ſimpli
citer caueatur gabellã ſolui pro pretio rei preciũ.n.
intelligitur deducto eo quod explicãdæ uẽditionis cã
eſt egrogatũ C.de ſu.deli.l.ſcimus §.ſed ſi in cõputa-
tiõe ff.ad l.fa.l.quãtitas.Si uero uerba legis ſe habẽt
gabellam ſolui pro pretio quo quis uẽdidiſſet, contra
hoc.n.caſu pro toto pretio ſoluẽdũ eſt,uerũ eſt .n. cẽ

 tum

tum uendidiſſe, idem eſt ſi uerba legis ita ſcripta ſint
pro pretio quo res ſit uendita eadem ratione, & hãc
Bartoli ſententiam eodem in loco Pau. Caſtren. pro-
bat, & eorum quæ ante diximus illa ratio redditur,
2 quia tanti res uidetur uendita quanti apud uendito-
rem remanſerit, & conſequenter deductis expenſis
in proxenetis, & proclamationibus, & ideo ſenſit ēt
Accur. in l. per diuerſas C. manda. in gloſ. fina. circa
medium, & ſententiam Barto. probat Alex. in l. non
amplius ff. de leg. 1. ubi reſpondet legi ad ueterani in
§. primo. ff. ad l. falc. & probat Bertach. in tracta. de
gabel. in tertio memb. octauæ partis princip. numero
45. & Iaſ. in l. fructus ff. ſolu. matri. colum. ultim. &
Idem Iaſ. in l. penul. §. fin. nu. 6. ff. de iuriſ. om. iudic.
& in eadem opinione fuerunt & Alex. Fran. Ripa
in l. ubi pure in §. fi. ff. ad ſil. C. Trebel. & Imo. ſibi pa
rum conſtans in conſil. 139. Præfatus Symus num. 1.
& patet ex his quæ ſcripſit in citatio §. quidam hæc
improbat And. Tiraq. in commen. de utroq; retract.
§. 15. numero 5. & in §. 29. gloſſ. 4 numero 9. Verum
diſtinctiom in ſuperiori quæſtione factæ aduerſari ei
dē uidebatur in loco inferiori relato. Sed (ni fallor)
non refragatur tum quia ex ſententia Bart. uerba le
gis municipali conſideranda ſunt, tum quia ut eo in
loco quod emptor in proxeneticis erogauit, ex uolun
tate uenditoris tanquàm prætij partem à conſangui
neo retrahente recuperat, ita hic uenditor uectigal
de prætio ſoluit, quod deducto proxenetico intelligi-
tur. Et cum ſponte ſoluit emptor, ſibi imprudentiæ



ac damno uerti debet, potuit nanq; præuidere à con-
ſanguineo rem uenditam retrahi ſeu reuocari argu-
mento. l. ſi putator ff. ad legem aquil. & eius quod
ſcripſi in tracta. de nant. part. tertia numero 26. &
facit regula damnum de regul. iur. in ſexto. Addo re
latos Doctores intelligendos eſſe ſi uenditor proxene
ticum ſoluerit proxenetæ qui miniſterium in uēditio-
ne accommodauerit, & uere operula ſua defunctus
ſit & conſequenter proxeneticum debeatur, & ita
ut omnis abſit fraus non autem in eo qui miniſterium
uere, non præſtiterit.

SVMMAE.

1 Prætio eſt imputandum quod traditum eſt ab empto
re mediatoribus nolēte uenditore contra ſi ſponte em
ptor tradiderit, & declaratur lege ſecunda C. de
reſcind. uendi.

NEc longe abeſt quòd Pe. Iac. ſcri-
pſit in ti. de act. & uē. quādo uē-
ditor eſt deceptus, & col. 3. uer. ē
notādū, & c. ubi loquēs in caſu l.
ij. C. de reſc. uē. inquit īputādū eē
prætio quod traditū ē ab emptore
1 mediatoribus nolēte uenditore contra uero ſi ſponte
emptor tradiderit d. l. debet, & refert And. Tir. ubi.
ſup. et probabile ex præmiſſis mihi ēt uidetur et notā-

SVMMAE.

1 Expẽſæ factæ in uendẽdis rebus hæreditarijs tanquã æs alienum deducuntur ueluti in proxeneticis & ſub baſtationibus.

2 Quantitas patrimonij æſtimatur deducto eo quod explicandarum uenditionum cauſa impenditur.

1 NEc diſſimile eſt quod ſcripſit Bartol. in l.fina.§.in computatione numero tertio C.de iure deliber. expenſas neceſſarias in uendendis rebus hæreditarijs tanquam æs alienum deduci ueluti expẽſæ factæ in ſubbaſtationibus in proxeneticis in alliciendo emptores, Quantitas enim patrimonij deducto ẽt
2 eo quicquid explicandarum uenditionum cauſa impenditur æſtimatur l.Quantitas ff.ad legem falcid. ubi Bar.& Ang.in proxeneticis idem notarunt, & uide eundem in l.quoties eod.titu.& l.ubi pure in §.ſi.ff. ad Sil.C.Trebel.ubi & Franc.Ripa Bar.ſententiam probat.

SVMMEA.

1 Emptor qui interueniente proxeneta emit non impeditur agere redhibitoria.

Et illud



1 T illud in dubium uenit num emptor qui interueniente proxeneta emit poſſit agere redhibitoria, & quidam negabant moti leg.i. in §.ſi intelligatur ff.de edil.edi. Alber.autem in l.ſecunda ff. de proxe.contra, nam emptor agit ſi deceptus eſt, etiam ſi menſor interueniat ff.ſi men.fal.mod.dixe.l.ſi duobus §.primo, quæ ſententia ſanè rationabilis eſt, & ex mente doctorum & his addes quæ proxime diximus uer.item quæritur per totam.q.

SVMMAE.

1 Proxeneticis duobus in negocio à partibus electis & non conuenientibus de tertijs electione non eſt tractandum.

1 DE illo etiam recte dubitari non poteſt an duobus proxeneticis in negocio à contrahentibus electis & non conuenientibus iudex tertiũ eligat, & certi iuris eſt in proxenetis de electione tertij tractandum non eſſe, ut inquit Bald.in capitu. primo propè finem de inueſtiti in mar.fac.quem refert, & probat Alexand.apud Bartol.in l.ſi ſocietatem in §.arbitrorum ſub numero 22.in additione magna litera. A. circa finem ff.pro ſocio Refert etiam Abb. in ca

pit.ju-

pit.ſuſpitionis numero ſexto de offic.delega.proxenetæ nanq; interueniunt ut experiantur num eorũ cõſilio,operula authoritate partes poſſint componere l. ſi de meis in §.recepiſſe ff.de arbi. alias initiũ eſt idẽ pomponius ſcribit ſi de meis.

## S V M M AE.

1 Maritus ſine mandato, uel cum procuratoris mandato non tamen nuncij,nuncij & non procuratoris uerba concipiens,uerbi gratia,uendis uxori meæ abſenti,nec ſibi,nec uxori actionem quærit.

2 Procurator in perſona ſua concipit uerba, nuncius uero in perſona domini & ſeq.nu.uide.

3 Ratificari non poteſt factum falſi nuncij & de ratione inferius.

4 Proxeneta quomodo concipiat uerba,& ſi dicat uẽdis Titio, & Reſpon. uendo neutri datur actio,Dominium tamen ei acquiritur cui prius res traditur à domino ſi proprio nomine recipit.

5 Nuncius quomodo uerba concipiat,& eius factũ,an poſſit ratificari in ſequen.etiam numeris.

6 Ratio quare factum falſi nuncij non poſſit ratificari & ſic factum à procuratore contrahente ut nũcio factum uero falſi procuratoris poſſit ratum haberi.

7 Ex inutili cõtractu dominium transferuntur quãdo traditio à cõtractu precedẽti proficiſcitur ẽt de ſcõ.

8 Proxeneta non dicitur nuncius alicuius contrahentis uolentium contrahere,& ideo ſi contrahat ut nũcius



cius unius, contractus eſt nullus ipſo iure.

LEgitur in ſingulari l. Multum in-
tereſt C. ſi quis alter. uel ſibi ſi
uir ab initio negotium uxoris ge
rens comparat nomine ipſius em
1 pti actionẽ nec ſibi nec illi quæ-
rere,dum enim ſibi non uult nec
illi poteſt. Quæ uerba ſecundum
gloſam a frequentioribus receptam hunc ſenſum ha
bent ſi maritus ſine mandato, uel cum procuratoris
mandato, non tamen nuncij,nuncij, & non procura
toris uerba conceperit,uerbi gratia uẽdis uxori meæ
abſenti,nec ſibi nec uxori empti actionem quærere,
nec enim ualet quod agitur,cuius rei illa ratio reddi
tur quia per liberam perſonam non acquiritur alteri
& conſequenter per uirum uxori l.ſtipulatio iſta §.
2 alteri ff.de uerborum obligatio.& procurator in per
ſona ſua debet uerba concipere,maritus autem, uel
nullũ habuit mãdatũ ad hoc uel ſi habuit,ut procura
tor habuit nõ,ut nũcius,exceſſitq; fines mãdati emẽ
do ut nuncius,non ut procurator. Nec factũ falſi nũ
cij ratum haberi poteſt,Iac.tamen Aretin.tentauit
3 dicere particulam legis relatum in proxeneta ſeu me
4 diatore intelligendam eſſe,qui proxeneta uerba con-
cipit & debet concipere hoc modo,uendis Titio, &
Reſp.uendo,& ex hoc neutri datur actio,nec uni ſci-
licet nec alij,ei tamẽ dominium acquiritur,cui prius
res à domino traditur,ſi proprio nomine recipitur.

Nuncius

*Nuncius autem uerba concipit ut Matth.c.26. Ma-
5 giſter dicit tempus meum prope eſt apud te facio paſ
cha cum diſcipulis meis, & ſcripſit prudentisſimus
uir Reſtau. Caſtal. in tract. de impe. quæſtio. 49. nu.
tertio, & propterea interpretandam legem non eſſe
ut ſcilicet Maritus uerba ut nuncius conceperit, nam
factum nuncij poteſt ratum haberi, licet legitimum
non fuerit l. ſi pœnituit. ff. de diuor. & conſequenter
ratum haberi poſſet ſi procurator quis eſſet & uer-
ba nuncij concepiſſet nec inquit rationem uideo qua
re ſi nuncius procuratoris uerba concipit non poſſit
domino quærere, quemadmodum ſi ab initio fuiſſet
procurator acquireret ff. de action. empt. l. Iulianus
§. ſi procurator, putabat enim ſi maritus procurator
ut nuncius emiſſet ſecuta ratihabitione uxoris perin
de eſſet ac ſi à principio mandatum eſſet emeret ut
nuncius, & ideo in proxeneta legem intelligendam
6 eſſe, merito idem Iacob. Aretin. à Iacob. Butr. Alb.
Baldo Paulo Caſtren. Angelo, & Salycet. merito re
prehenſus eſt ratum nanq; haberi non poteſt factum
à falſo nuncio, & à procuratore contrahente ut nun
cio quia & conſenſus & forma deficiunt, in falſo nã-
que nuncio (ut inter cæteros nõ in ſubtiliter animad
uertit Baldus), tria deſunt quæ contractui ſubſtan
tiam tribuunt, ſcilicet perſona uoluntas, & poteſtas,
concipit enim uerba in perſonam quam non refert,
uoluntatem annunciat eius quæ non eſt, in ſe nihil
uult & alij directe non poteſt quærere ergo ſequitur
omnino impoſſibile, & contra impoſſibile de iure*

*lex non*



*lex non fingit l. talis ſcriptura ff. de legatis primo ubi
notatur & uide Alexand. in conſilio 91. nume. ter-
tio uolumi. quarto. At factum falſi procuratoris qui
in ſua perſona uerba concepit, cum mãdatum, nõ ha-
beret ratum haberi poteſt, ratificatio enim reperit
ſubſtantiam ſuper qua fundatur conſenſum ſcilicet
procuratoris ex quo contractus perficitur, Aſſenti-
tur enim licet ad alienã utilitatem, unde ualet quod
agit, & quæritur domino ſecuta ratihabitione. Sed
ut ad rem redeamus, licet Iacobum Areti. & in hoc
quòd rationem quare factum à procuratore in for-
ma nuncij, & ſic à falſo nuncio ratum haberi nõ poſ
ſe non animaduertit merito notatus ſit, & in eo quòd
factum à ſe propoſitum legi prædictæ non congrue-
ret. In ipſo tamen facto de proxeneta propoſi-
to, nec à Cyno nec Alberi. ibidem improbatur con-
ceditque Bald. ſub numero quarto, & uerum eſſe
affirmant Salyce. ſub eo. numero uerſiculo. Sed certe
&c. ſubdens literæ non conuenire. Ex quibus plura
ad rem & materiam pertinentia ſunt notanda. Et il
lud primum. Si proxeneta quia medius & concilia-
tor (ut plerunq; contingit) uerba conciperet ut nũ
cius, & hoc modo uendis Titio abſenti, & reſponde-
7 retur uendo, nec ſibi quæreret actionem quia noluit
nec titio quia non potuit & in Dominij quæſtione il
le potior haberetur cui poſſeſſio a domino tradita eſ
ſet, item conſequenter, & illud ex inutili contractu
dominium transferri l. eleganter ff. de dolo. cuius rei*

*illa*

illa ratio redditur quia traditio à contractu præcedenti proficiſcitur de facto, cum igitur tradens putauerit ſe ex illo contractu teneri merito dominium transfert in eum qui proprio nomine accipit, & conſequenter in proxenetam uel Titium l. tertia in . §. ſubtilius ff. de conditio. ob cau. & ff. de conditio. indebit. per totum. Rurſus & illud quod eodem in loco & Bald. & Salycet. & Paul. Caſtren. notarunt proxenetæ officium in tractando negocia uerſari, nõ autem in concludendo niſi à partibus mandetur, quod
8 & in prima par. notaui num. ſeptimo Deniq; & illud ſequitur quod & ſingulare eſſe & notandum inquit Angelus Is enim in ſecunda columna ex præmiſſis inquit ſequi proxenetam nuncium eſſe nõ intelligi alicuius contrahentis ſeu uolentium ſimul contrahere, & ideo ſi proxeneta contrahat ut nuncius, unius contractus eſt nullus ipſo iure. Quæ omnia tanquam quotidiana & quodammodo abdita meo iudicio ſunt notanda.

## SVMMAE.

1 Proxeneta partibus aſſentientibus non ſolum admittitur ad teſtimonium uerum etiam cogi poteſt.

2 Proxeneta quando utriuſque partis aſſenſu dicit teſtimonium, ſtareq; dicto contente ſunt partes ſolus plene probat, & exemplum in cyrographis aſſecurationum.

3 Proxeneta partibus diſſentientibus ad teſtimonium

non



non admittitur.

4 Proxenetæ altera tantum parte uolente teſtimoniũ interdicitur ſecundum magis communem numero 4. & ſequen. numeris, & referuntur tres opi. & docto. ſingulatim in unaquaq; ſententia.

5 Proxenetæ communiter ſunt homines uiles, & ſperant proxeneticum unde commodum percipiunt, & ex his ſuſpecti ſecundum Baldum, & ſecundũ Ab. ſunt ſtatus infimi.

6 Par affectionis cauſa ſuſpicionem fraudis amouet.

7 Proxeneta uel alius ut dicatur teſtificari uolens, & non inuitus an ſit neceſſe ex actis appareat quòd uolens teſtificetur.

8 Teſti fides non habetur deponenti de facto ſuo quando ex eo laus aut opprobrium poſſet aſcribi.

9 Proxeneta repellitur à teſtimonio parte opponente iudex .n. ex officio ſuo non repellit.

10 Teſtis ſi ex actis cõſtat quòd poterat repelli ſi tamẽ expreſſo uel tacito conſenſu partium poterat habilis reddi, iudex ex officio eum non poteſt repellere, & ratio.

11 Iudex qui teſtibus clare deponentibus fidem habere nequit, & cauſa faciat quæ in actis appareat ut non teneatur in ſindicatu.

12 Proxeneta, quòd non admittatur ad probãdum matrimonium, & dotem exploſa Car. Rui. ſententia in ſeq. etiam numeris.

13 Matrimonium contractum probatur per filium, patrem uel matrem.

14 Pa-

14 *Pater & conſanguinei admittuntur ad probandum conſanguinitatem & affinitatem.*

15 *Verba enunciatiua quæ alias non probarent fauore dotis probant.*

16 *Teſtis qui admittitur ſuper principali nõ eſt reÿciẽdus in his quæ accedunt.*

17 *Caſus excepti non excludunt alios ſimiles caſus in quibus eſt eadem ratio.*

18 *Matrimonÿ cauſa dicitur grauis, & in ſupplementũ probationis iuramentam non defertur, & teſtes omni exceptione maiores requiruntur.*

19 *Pater ad probandum matrimonium non admittitur ubi cum ſanguine alia qualitas interuenit.*

20 *Parentes ad probandum matrimonium pro filia qua ratione admittantur ſecundum Alcia.*

21 *Verba enunciatiua non probant matrimonium ubi de matrimonio principaliter diſputatur.*

22 *Proxeneta admittitur in teſtem altera parte uolente in his quæ ante perfectionem cõtractus potuiſſent euenire licet contractui proſint & de ratione.*

23 *Venditor ubi de euictione non tenetur in præcedentibus contractum, & eum non reſpicientibus poteſt teſtificari.*

24 *Proxeneta, quòd ſit idoneus teſtis ad probandum ſibi mandatum fuiſſe ab aliquo ut inueniat aſſecuratores.*

25 *Credi an debeat alicui de mandato ſibi dato atteſtanti.*

26 *Arbitro an credatur in eo quod eſt mandatum.*

27 Pro-



27 *Proxeneta eſt idoneus teſtis in Crimine Symoniæ ſi ciuiliter agatur, & commodum non ſit conſecutus cõtra uero ſi emolumentum receperit.*

28 *Proxeneta ſi criminaliter agatur de Simonia, quia ſocius criminis licet nõ muneris repellitur & fortius ubi emolumentum eſſet aſſecutus.*

29 *Declaratio ad c.i.de ſimo.*

30 *Proxeneta, quòd admittatur in crĩe Symoniæ ſi ciuiliter agatur parte altera nõ aſſentiente etiam ſi proxeneticum fuiſſe promiſſum non tamen traditum.*

31 *Proxeneta admittitur in teſtem in cauſa ſolutionis uſurarum idq; declaratur.*

3 *Probationes leuiores ſufficiunt ad probandum contractum uſurarium propter cauillationes fœneratorum, & artes excogitatas.*

33 *Proxenetæ à publico approbato iurato, & in albo proxenetarum deſcripto ſi lege municipali caueatur fides eſt habenda.*

34 *Proxeneta uerus reÿcitur à teſtimonio altera præte nolente, & qui ſit declaratur, non autem qui extrinſecum in negocio præſtat miniſterium.*

35 *Proxeneta admittitur ad teſtimonium ceſſantibus omnibus rationibus probibitionis à doctoribus conſideratis.*

36 *Proxeneta poteſt eſſe teſtis in inſtrumento quia in inſtrumento deſcribitur de conſenſu utriuſq; partis, & inſtrumenti fides ſuſpicionem amouet.*

37 *Proxeneta deſcriptus in teſtem in inſtrumento non admittitur ad probandum ea quæ in inſtrumento aſ-*

 ſeruntur

ſeruntur omiſſa.

38 Proxeneta ab extraneo productus à teſtimonio non repellitur.

ILLA etiam quæſtio uentillata eſt apud pleroſq́; an proxeneta in negocio in quo interuenerit poſſit eſſe teſtis. & quoniam tam ueteres quàm recentiores iuris interpretes in diuerſas ſententias diſtrahũtur, hoc ordine eundum eſt, ut ſingulariter ſentẽtias referamus, & reſtringendo, & ampliando in articulo in difficili complures facti ſpecies conſtituamus.

1 Prima eſt proxenetam partibus aſſentientibus non ſolum admittendum eſſe ad teſtimonium uerum etiã cogendum §. Quoniam uero in auctent. de teſtib. ubi Accurſius Bartol. & Angel. & in hanc ſententiam omnes conueniunt ut ex locis Paulo inferius referẽdis patebit. Hoc amplius quando utriuſque partis

2 aſſenſu dicit teſtimonium proxeneta, ſtareq́; dicto cõtentæ ſunt partes ſolus proxeneta plene probat ſecũdum Lanfranc. in capitu. Quoniam contra in uerbo teſtium & c. numero 119. & Socyn. Iuniorem in conſilio 31. parte ſecunda numero 18. & uide Barto. in l. lucius in fi. ff. de fideiuſſorib. Felin. in capitu. uenĩẽs numero 22. & ſequenti. ff. de teſtib. Iaſ. in Repeti. l. admonendi numero 167. & ſequen. ff. de iur. mar. in ſingula. 460. Exempli gratia in chirographis fideiuſſionum ſeu aſſecurationum mercatores approbant proxene-



proxenetam, & dicto eius ſtare in quibuſdam conue
niunt: quod nota.
Secunda facti ſpecies eſt partibus diſſentientibus proxe
netam ad teſtimonium dicendum non admitti, & ſi
3 neuter conſentit repellendum eſſe nulla iuris eſt quæ
ſtio ſecundum Accur. in citato §. Quoniam uero in
uerſicul. quoniam.
Tertiam facti ſpeciem conſtituendam duxi ſecundũ cre
4 briorem ſententiam. proxenetæ altera tantum parte
uolente teſtimonium interdici, id enim à frequentio-
ribus receptum eſt quibuſdam temperamentis de qui
bus inferius diſſeremus, ſunt & alij ſummæ autorita
tis uiri qui putat proxenetam altera tantum parte
poſtulante poſſe teſtimonium dicere, inuitum autem
ad teſtimonium perhibendũ compelli non poſſe. Ter
tij non leues iuris interpretes quaſi mediam uiam eli
gentes proxenetam una duntaxat parte petente non
repelli à teſtimonio dicendo opinantur, quanta uero
fides habendæ ſit religione iudicantis committi, refe
remus ergo uniuſcuiuſq́; ſententiæ ſectatores.
Proxenetã igitur (ut ſuperiori loco diximus) a teſtimo
nio repelli altera duntaxat parte uolente ſenſit Ac.
in §. in his in uer. adnumeratorẽ in aut. de ĩſt. cau. &
gloſſ. in capitu. ſi quis epiſcopus ĩ uerbo me-
diator primæ quæſtio. prima & in capitu. primo in
uerbo ciuiliter de teſtib. libro. 6. & in c. dilectorum
de teſtib. cogen. in glo. prima & in ca. romana in uer
bo in teſtem de teſt. lib. vi. & hoc admittendum eſſe
etiam ſi nullum commodum conſequatur proxeneta

 Ioan.

Ioan.And.Anto.But.& Ioan.Imo ſenſere in dicto capit.dilectorum,qui ſubdunt licet gloſſ.in auctē. de teſtib.in §.quoniam uero uideatur ſenſiſſe proxenetam inuitum cogi non poſſe dicere teſtimonium niſi utraq; parte uolente,ſi tamen ſponte uelit inductus ab altera parte poſſit dicere teſtimonium, contrariū tamen uidetur uerius,quoniam ratio reddita à gloſſ. in dicto §.in uerſic.prohibitionem oſtendit pari modo nō admittendum proxenetā quādo ſponte uult teſtimonium dicere uno duntaxat ex contrahentibus poſtulante ſicut quando inuitus compellitur ratio.n. quare proxeneta repellatur illa redditur commodū, ſcilicet ſeu lucrum ideſt proxeneticum ſi negocium perficiatur,& ſi proxeneticum non receperit recepturusue non ſit præſumi affectet conſumari,& exequi negocium in quo laborauit firmumq; remaneat, neue,ei imputetur quòd minus caute ſegeſſerit,& ſanè natura nobis ingenuit ut contractus noſtra opera factos,negociaq; à nobis pertracta effectum ſortiri ualde appetamus,in qua re quanto ignobiliores, & uiliores tanto magis procliuiores præcipue ubi lucri ſpes refulſerit,& in eadem opinione fuerunt,& Antonius But.& nōnulli alij in capitulo cum à nobis de teſtib. ubi Felyn.in ſuis cōmentarijs in fin.inquit nō eſſe idoneum teſtem niſi in crimine Symoniæ,& ubi de conſenſu partium inducitur & ius ſingulare eſſe in crimine ſimoniæ ſcripſit Archidiaconus I dicto capitu.primo de teſtib.lib.vi.probat & Bart.in l.omnibus C.de teſtib.ubi Sal.[illegible] & [illegible]





Barto.in l.deferre in §.ijdem decreuerunt ff.de iureiur. Alb.in l.nullus ff.de teſtib.Imo.in l.ſi cui legetur in §.ſi Titio ff.de lega.primo & in capitu.ex literis. de tranſactio.& probat rationes relatas conſiderando Andr.Sicul.in conſilio.53.numero 18.illud afferam in medium uolumin.primo.& huic ſententiæ aſſentitur Abba.in capit.licet Heli numero.16. de ſimo.& Ange.et uer.in l.debet ff.de edil. edict. Ale. in conſil.19.numero.16.uolum.quarto ubi hanc ſententiam à frequentioribus receptam ait ,& probari in citato capitu.primo de teſtib.per locum à ſpeciali, & hunc caſum non decidi in textu in dicto §.quoniā uero;& ueram hanc ſententiam idem Alexand. teſtatur in conſilio.128.numero primo uolumi.ſecundo & in conſil.154.numero.2.uolumi.5.Anto.But. in conſil.24.num.7.Quæſtio hæc & eleganter Imo. in conſilio.134.in cauſa &c.Anchara.in conſi.331 uiſis &c.colum.2.Guid.Pap.etiam uidetur ſenſiſſe in conſil.74.colum.penultima ſequuntur &c. quem refert ac complures alios And.Tiraquel.in commē. de utroq; retra . In uerbo præfatio nume .26.& idē ſentiens inter alios citat Bertac.in conſil.178. uiſor colum.penul.libro.2.& in conſil.225.dixeram libro tertio.ubi docte,& ſcienter ſecundum eum declarat, quomodo proxeneta in materia retractus ſit accipiēdus ubi probat gloſſ.in §.quoniam uero.Addo Feli. idem probantem in dicto.c.dilectorum in prin. Iaſ. in l.quoties in fi.C.de iud.Io.Fer.in pract. in forma in.teſt.& gl.in uer.proteſtante uer.nono dixi ,&c.

Dec.in conſi.133.col.3.ubi citat Ale.in conſi.150.
num.6.uo.5.& idē Dec.in conſil.463.in cā,&c.nu
me.12.qui in uiro autoritatis non cōtēnendæ loqui-
tur Car.Ruy.in conſi.34.in prin.uol.4.ubi in matri-
monio & dote reſtringēdū ait & de quo inferius diſ
ſeremus & in conſi.99.nu.5.uol.5.& in conſi.164.
nu.6.ubi complu es referendo:& præcipue Ale. &
ſi proxeneta nullū commodum ſentiat propter affe-
ctionem tamen repellendū frequentioribus placuiſſe
ait & loquitur in pluribus mediatoribus nā ſi cōmo-
dum eſſet aſſecutus nō admodum eſſet diſputandum
propter c.i.de teſti.lib.vi.Et hanc ſententiam uerio
rem,& magis cōem ēt ſi proxeneticū non receperit
probat Soc.Iun.in conſi.12.nu.17.uolu.2.citat Ste-
fa..Aufre.in trac.de reprob.teſt.in uer.mediator Io.
Crot.in tra.de teſt.pagina.10.colum.4.uer.20.quæ-
ritur idem ſentientes:& Bar.Caſſa.in conſil.13.&
idem Sozi.Iun.probat in conſi.86.nu.18.uol.1.qui
tamen Soc.Iun.ſibi parum conſtitit ut patet in con.
29.nu.16.ea.par.ſecunda & in conſi.31.nu.18.eo.
uol.Emil.Fer.in l.teſtiū nu.4.de teſt..Aym.in conſi.
281.in hac cā &c.nu.4.par.2.Et hanc ſnīam, ut in
initio dixi admittēdam puto,me.n.iura et autoritas
tantorum uirorum ac rōnes relatæ magnopere mo-
uent,quas & in hac facti ſpeciæ conuenire relati do-
ctores merito animaduerterunt.Eſt ēt huic rei & il-
lud annotādū quòd elegāter Bal.inquit in cōſil.50.
uol.2.illic.n.ita ſcriptū eſt proxenetę cōiter ſunt ho-
5 mines uiles,et ſperāt proxeneticū unde percipiūt cō-





modum,& ex his duobus ſimul iunctis lex habet hos
ſuſpectos niſi producantur de conſenſu utriuſq; par-
tis ut in c.mediatores de teſt.li.vi.Sed actionē abſq;
proxenetico ad repellendū ſufficere ſuperius annota
uimus,inquit ēt Abb.Sic.in c. inſuper de teſt.nu.x.
infimi ſtatus eſſe proxenetas,& lucra cōſequi ex ua
liditate contractus de quo uide quæ in ij. par.ſcripſi
ſub nu.10.& ſeq.Et huic ſententiæ receptiori, quæ à
quibuſdam obijciuntur non refragari inferius demon
ſtrabo,& uidebis quæ infra dicā in ij.temperamēto
ubi aliorū autoritates referendo comparebo.

Qui uero in ſecunda opinione fuerit putauerit.ſ.proxe
netam altera tantum parte uolente poſſe teſtimoniū
dicere inuitum autem ad teſtimonium perhibendum
compelli non poſſe ſunt hi,& qui ferè omnes ſibi pa-
rum conſtiterunt Accur.in citato §. Quoniam uero
Bartol.ibidem qui ſubdit illū tex.hanc ſnīam proba
re & .Azo.in ſum.idē ſenſiſſe & in gl.quæ eſt in au-
ten.de inſtr.cau.§.ſi uero moriatur uer. quòd ſi ad-
numeratorē, & quæ dicit proxenetam teſtimonium
dicere utraq; parte uolente nō aliter,ſubaudiendum
inuitū,nam uolens altera tantum parte poſtulāte ad
mittitur,& eodē mō intelligendā gl.in c.ſi quis epi-
ſcopus 1.q.1.& in eadē opi.eſt Angel.in citato loco
& uide Iac.Egid.in tra.ad repro.teſt.nu.55.qui in
ſeritur inter tractatus Bar.& probari hāc ſnīam à
Doctoribus ſcripſit Lanf.in c.quoniam contra in uer
bo teſtium depoſitiones nu.119.& uerā hāc ſnīam
inquit Bal.in l.omnibus nu.4.C.de teſti.ubi Saly.re-

ferendo Iac. Belui. idem teſtatur, & à doctoribus re.
ceptum eſſe, Cor. in conſil. 33. numero. 27. uiſa copia,
& c. uolumi. 2. ubi ſaltem proclinior uidetur in ter-
tiam ſententiam ſtatim referendam Angel. Are. in
§. pater in fi. inſtit. de teſtamen. ubi refert Cin. in .d.
l. omnibus idem probantem quem tamen uidere po-
teris, & probari uidetur in addition. ad Dec. Thol.
ſub numer. 94. Item fuit quæſitum an uenditor, &c.
Alexan. in conſi. 186. uiſo proceſſu numero. 2. uolu.
7. qui refert Salice. in l. fina. ff. de teſtib. & in conſil.
127. uiſo proceſſu in fin. eod. uolumi. in quo loco com
mendat abbatis concordiam de qua Paulo inferius
diſſeremus, & eandem ſententiam plenius probauit
Soc. Iun. in conſil. 29. numero. 16. par. 2. ubi & Cur.
ſeniorem idem probaſſe refert, & And. Sicul. ſequi
cōem aſſeruiſſe in conſi. 40. col. 10. uer. octauo licet
iſta: & c. uolu. 3. & ſimpliciter relatā gl. in d. §. quo-
niam uero citat & probat clariſſimus Iuriſcon. Ioā.
Oldr. in tract. teſti. rub. 2. Quibus inuitis non denūcia
tur teſtimoniū nu. 5. & Stefa. Bert. in conſi. 225. uo
lu. 3. & conſi. 121. uolu. 1. Et idem Soc. probat in cō
ſil. 31. nu. 18. ead. par. qui & Alber. refert ſi is eſt, in
tract. de teſte §. expedita nu. 31. idem ſentientem, is
enim ſcripſit pro hac ſententia ſummam rōnem face
re. Nam par affectionis cauſa ſuſpitionem fraudis a-
mouet lege non ſolum in §. primo ff. de ritu nuptiar.
cum ergo proxeneta parem affectionem habeat ad
contrahentes admittendus uidetur, commodum nā-
que ab utraq; parte recipit, & ſubdit huic ſenten-

tiæ non



tiæ non refragari capitu. 1. de teſtib. lib. 6. quia lo-
quitur in mediatore criminis qui eſt in delicto & a-
lias repellitur, ut ſubijcit, ſecus autem eſt in alijs
Proxenetis contractuum perficiendorum qui nulla-
tenus committunt crimen in contractibus licite per-
ficiendis, & ſubdit facere l. quoniam liberi. C. de te-
ſti. & quia mediator melius, & facilius nouit ueritа-
tem contractus cuius fuerit proxenetam quam noue
rint alij ideo admittendum licèt alias ſit minus ido-
neus l. conſenſu C. de Repud. Hæc ille Alber. non il-
le quidem Roſat. ut uulgus putat ſed alius cognomen
to Maleta ut ſcripſit And. Tiraq. in l. ſi unquam in
uerſi. liberos ſuſceperit nu. 38. C. de reuoc. donat
& refert Phil. Dec. in conſil. 45. An reus a colum
ultima quibus addes Anc. & Phil. franc. in c. 1. nō
ſemel citato qui temperant hanc ſententiam duobus
modis & in caſu dicti. capituli & quando res aliter
probari non poteſt his namq; caſibus proxeneta com
pelli poteſt teſtimonium dicere & adde quæ Paulo
inferius dicam ſub num. 7. pertinent enim ad hanc
ſententiam.

Tertia in propoſito iuris articulo eſt ſententia Abbatis
in c. dilectorum num. 3. extra de Teſti. cogē. putauit
enim proxenetam altera parte non aſſentiente ad-
mittendum eſſe ad perhibendum teſtimonium, ſed
quanta fides habenda ſit iudex conſiderabit & cir-
cunſtantijs, & qualitate ſcilicet perſonarum & cau
ſæ quæ ſententia ſummam uidetur haber e æquitatē
& diuerſas ſententias conciliare quaſi mediam uiā

Abb.

*Abb.elegerit & facilius diſputando defenderetur,
admittendaq́; eſt in primo temperamento de quo
Paulo inferius ſub nu.9.& ſeq. & quæ ſententia &
probatur & cõmendatur ab Alexan.in conſil.127.
in fi.uol.7.ubi circunſtantias conſiderat commendat
etiam Corn.in conſil.33.uiſa copia nu.27.uol.2. qui
& rationes affectionis ſcilicet & proxenetici ani-
maduertit & uide Soci.iun.qui idẽ ſenſiſſe uidetur
licet primoribus( ut aiunt) labris attigerit in conſi.
29.num.16.uol.2.& in conſi.31. num.18. eod. vol.
ſupra relatis, ſed & addes Phil. franc. in dicto cap.
1. qui Abbatis concordiã plenius probauit & ſu-
bijcit in hæc uerba.Non obſtat iſte Textus quia lo-
quitur de admiſſione effectuali vt ſic probet ſed in
alijs caſibus mediator non probabit plene ſed arbi-
7 trio Iudicis relinquitur l. 3. ff. de Teſtib. & facit
Glo.ſupra in verbo Teſtimoniũ, Additque vt Proxe
neta vel alius dicatur teſtificari uolens & nõ inuitus
eſt neceſſe in actis appareat quòd volens teſtificetur
alias in dubio præſumeretur deponere inuitus vt eſt
Tex. & ibi Bart. notat in auth. Præsbiteros C. de
epiſ. & Cle.Bald.tamen ibi & in l.alia cauſa in fi.C.
de his quibus ut indig. tenet contrarium quia iudicis
coactio non præſumitur ubi quis cogendus non eſt, im
mo præſumitur ſponte fieri cum pro iudice præſuma-
tur ut in c. in præſentia de Reſcrip. Hactenus ille in
ſupraſcripta uerba,ſed licet relata ſententia rationa
bilis & æqua uideatur non tamen à ſententia ſuperio
ri loco relata tot tãtiſq́; legum prudentum uerticibus
comprobata*



*cõprobata recedendũ puto.Nec contra dictã ſenten
tiã mouere debet ratio Alberici,ſi is eſt,quòd par af
fectionis cauſa ſuſpitionẽ amoueat , & cum proxene
ticũ ab utraq́; parte recipiat propterea admittẽdus
ſit.Nam proxeneticum non debetur niſi perfecto ne
gocio,& ut ſuo loco dicemus , & non eſt par affectio
nis ratio , ut ex relata ratione glo. patet in dicto. §.
quoniam.Fingeq́; alteram partẽ , contractum factũ
aſſeuerare , alteram uero negare & proxenetam ab
eo qui contractum perfectum affirmat induci . Nec
etiam moueat reſponſum datum ad c.1.de Teſti.lib.
6.uidenda ſunt enim quæ inferius in quarto tempera
mento dicemus ſub num. 29.Nec lex quoniam liberi
C. de Teſti.obſtat & deniq́; quod dicebatur proxe-
netam admittendum tanquam melius ueritatem no-
uerit in negocio in quo interuenit , non aduerſatur .
affectio enim proxenetæ ad negotium ut perficiatur
neue ei imputetur quod minus caute ſe geſſerit , cum
iam dictis uiris præſumptione cum à teſtimonio re-
pellit & inquit eleganter Io. Andr. apud ſpecul. in
titulo de teſte.§. 1. uerſiculo ſed pone quòd admini-
ſtrator &c. fidem non haberi teſti deponenti de fa-
8 cto ſuo quãdo ex eo laus aut opprobrium poſſet aſcri
bi & probat Antonius But. in conſilio 24. quæſtio
hæc dubia &c. & idem But. in capitulo ex literis
in c.cum à nobis & in c. in ſuper. de teſti.et ibidem
fel. uide ſub numero 16.& cur.iun. in conſi. 19. n.
11.et ad legẽ cõſenſu C. de Repud.reſpondẽdũ eſt ,
ut per Dec.ĩ cõ.310.n.3.Pau.par.in cõ.58.nu.50
uol.*

uol.4.ſed ut unde diuerteram redeã, quod diximus
proxenetam ab una parte tantũ inductũ ad teſtimo
nium non admitti frequentioribus placuiſſe tempe-
ramenta quædam recipit.
9 Primo ergo reſtringendum eſt ſi à parte non conſen
tiente opponatur, iudex.n.ex officio ſuo non repellet
non .n. eſt omnino in habilis, quod ex eo patet, quia
parcium conſenſu ( ut priori loco diximus ) habilis
redditur. Nec iudex hoc caſu parte non opponente
poterit inquirere an fuerit proxeneta, & ei poſtea fi
dem non habere ſecundum Alex.in l.4.§.hoc autem
iudicium nume. 20.ff.de dam. infec.& refert ut ſu-
pra eleganter Ant. But. declaraſſe in c. cum dile-
ctus de conſue.qui ait fuiſſe ex mente Io.And.apud
ſpecul.In fit de teſte.§.1.uer.recipitur item quòd eſt
Domeſticus & melius ſcripſiſſe eundem Io. Andre.
ibidem ſuper uerbo quid ſi olim fuit &c. eodem ſcili
cet titulo §.ſæpe in prin. & ſubijcit Alex. Butrium
eodem in loco ſcripſiſſe ſe ex facto conſultum reſpon
10 diſſe, quòd licet ex actis cõſtaret iudici Teſtẽ produ
ctum fuiſſe proxenetam uel talem, quòd quamuis
poſſet repelli tamen expreſſo uel facito conſensu par
tium poterat habilis reddi non poterit tamen iudex
ex officio eum reppellere niſi apponatur. Nam li-
cet notorie conſtet ex actis, illud tamen notorium
ab onere proponendi non liberat, ut eſt glo. notabi-
lis in clemen. Appella. de Appel. & notauit Ioan.
And.in c.ſecundo, ut lite non conteſt. Bar.in l.1.cir
ca ult.col. de excep. Attitq; Imo in dic.c. cum dile-
ctus



ctus prædictis aſſentiri & id tanquam utile memo-
ria tenendum: Quibus duo ſunt adijcienda Alterum
eſt quòd relatum temperamentum probatur apud
Abb. in ca.& literis de Tranſac. nu. 3. litera F. In
additione incipiente circa in fi. Alterum eſt hoc ca
ſu Abbatis ſententiam paulo ſuperius relatam in c.
dilectorum de Teſtib. cogen. admittendam eſſe ut
ſcilicet ſi parte non opponente ad teſtimoniũ ſit ad-
miſſus Proxeneta idq́ue ex actis appareat in manu
iudicis ſit ex circunſtantijs quanta fides habeatur,
& uide Aret. in l. in illa nu.5. ff. de uer.oblig. &
quæ ſcripſit And. Tiraq. In l. ſi unquam in uerſic.
reuertat nu. 345. & ſequ. num. 3. & num. 383.
C.de Reuo. donat. prædicta enim comprobant. Et il-
lud hic Bartholi uulgare quidem ſed notandum nõ
eſt omittendum conſilium is enim in l. lucius ff. de
his qui not. infa. Conſulis iudici qui Teſtibus clare
deponentibus fidem habere nequid ex cauſa faciat
11 et quæ in actis appareat ne (ut ait) in ſyndicatu te
neatur. quod plures referendo probat Deci. in con.
448.nu.29. & in conſi. 463. col.fin.Gram. in uoto
14 num. 20. quibus addes, quæ ſcripſit Aym. alios re-
ferendo in Tract. de Anti. Temp. par. in uerſic.
octaua datur limitatio num. 11.
Secundo temperandum eſt in matrimonio & dote ut
12 ad probandum matrimonium & dotem Proxe-
neta admittatur ſitque idoneus teſtis & ita ex fa-
cto conſulto placuit Carolo Ruy. in conſi.34.Vol. 4.
Monet eum quin matrimonium probatur per Te-
ſtes

ſtes qui alias ratione affectionis repelluntur. Ad
13 probandum enim matrimonium contractum admit-
tuntur filius uel pater, uel mater pro filio c. uidetur
qui mat. accu. poſſ. ubi iuris interpretes ſcribunt c.
ſuper eo de Teſti. ſi ergo hi fauore matrimonij ad-
mittuntur fortius proxeneta eſt admittendus in quo
minor eſt affectio ad contractum & maxime quan-
do nullum commodum conſequitur citat l. iſti qui-
dem ff. quod metus cau. & hoc argumentum confir
mari poteſt ex his quæ ſubdubitando ſcripſit Iaſon
14 in l. quoties in fi. C. de iudi. Subdit etiam patrem
& alium coniunctum admitti ad probandum con-
ſanguinitatem & affinitatem receptum eſſe, quo-
niam rei ueritatem magis norunt, quæ ratio in pro-
xeneta interuenerit, qui in negocio miniſterium a-
dhibuit fauore igitur matrimonij affectio proxene-
tæ conſideranda non eſt, ſicuti affectio quæ ex ſan-
guine oritur, & maior eſt non attenditur, fauore
15 etiam Dotis idem iuris eſſe ſubdit. Nam fauore
dotis uerba enunciatiua quæ alias non probarent
probant citat Bartolus in l. Admonendi ff. de iure.
& Alexander. ibidem, quibus adde eundem Caro-
lus. Ruy. in cõſilio 40. numero quinto, uolumi quar
to, & Marc. ſing. 442. Matt. ab Affic. Dec. 83.
in cauſa &c. & Iaſon in conſilio 91. uol. tertio & in
pleriſq; alijs conſilijs Dec. in conſilio 135. Gozz. in
conſilio 42. numero 10. qui loquitur in matrimo-
nio & dote, qua ergo ratione relata probatio quæ
alias causa abſentiæ non admitteretur fauore Dotis
tanquam



tãquã plena recipitur, eadẽ ratione teſtimoniũ proxe
netæ admittendum eſt quod alias repelleretur, &
cum admittendus ſit proxeneta (ut putat, in matri
monio & in cauſa dotis idoneus cenſeri debet, quæ
16 acceßionis iure uenit ad matrimonium arg. Cleme.
diſpendioſa de iudi. Et ſubijcit non obſtare c. 1. de
Teſti. libro 6. per locum à ſpeciali quia ſicut admit-
titur in odium Criminis Symoniæ ita etiam fauore
matrimonij & dotis cui plurimum in probandi mo-
do leges fauent, ut dictum eſt. Nec enim criminis
odium fauori matrimonij, & dotis præualere debet
& merito facilius admittendum uidetur, in caſu
nanq; illo odium ampliatur contra legem cum qui-
dam ff. de libr. & Poſtu. & relatis caſibus fauor,
quod eſt permiſſum, dicta l. cum quidam. Et addit
non eſſe nouum caſus exceptos ad alios ex eadem ra-
tione porrigendos eſſe ſecundum glo. notabilem in l.
1. C. de cond. indeb. citatq; Abb. in pleriſq; locis C.
cum dilecta de conf. uti. ut inut. et Alex. in con. 130
uol. 4. ff. Hæc ille in ſumma, cui addendum eſt quòd
prætermißis rationibus parum in hoc ſibi conſtans
Soc. iun. in matrimonio proxenetam facile admittẽ
dum ex facto conſultus reſpondit ut patet in con. 29
numero 16. uol. 2. & in mediatrice loquitur, quod
eſt fortius iuxta ea quæ And. Tiraq. ſcripſit de leg.
Connub. in ix par. Pri. glo. num. 36. & num. 70. &
ſeq. & uide eundem Soc. iun. in con. 31. numero 19.
ea. par. Verum licet non inargute ut ſolet, Car.
Ruy. ſententiam ſuam probet, non tamen meminit
pruden-

*prudentiſſimum uirũ Alexan. Imol. reſpondiſſe ad
probandum matrimonium proxenetam idoneum te
ſtem non eſſe ut patet li. 5. reſpon. con. cl. col. 2. uer.
tertia ratione. & in cauſa matrimoniali non eſſe ad
mittendum proxenetam niſi utraq; parte aſſentien-
te ex facto conſulto placuit Decio in conſil. 133. ui-
ſo proceſſu & c. col. 3. ubi refert Alex. in citato con
ſil. quibus adde quòd idem Alex. & in matrimonio
& dote idem reſpondit con. 154. uiſo Themate & c.
uol. 5. & præceptor meus Pau. paris. in conſilio 55.
numero 20. uol. 4. proxenetriam & mediatricem re
pellendam ſenſit qui tamen de prædictis non memi-
nit. Et idem Præceptor meus in cauſa matrimoniali
conſultus reſpondit in conſil. 58. num. 82. eo. uol. &
uide eundem in con. 61. præcipue ſub num. 18. eod.
uol. & Andr. ſicul. in conſilio 53. num. 18. uol. 1. idẽ
in matrimonio probat. Adde quòd in cauſa dotis dif
ficultates ammittens idem ſentit Soc. iun. in conſilio
12. num. 17. & ſeq. uol. 2. Succurrit etiam Pau. Ca-
ſtren. in cauſa dotis conſultum reſpondiſſe proxenæ-
te non eſſe habendam fidem etiam ſemiplenam qui
mediator fuerat ad matrimonium contrahendum,
quoniam ex conſenſu utriuſq; partis inductus non
fuerat citat §. quoniam in Aut. de teſti. Ber. in. c. di
lectorum de Teſti. cogen. & Glo. in. c. 1. de Teſti. lib.
6. in uerbo ciuiliter & conſequenter ſenſiſſe uidetur
ius ſingulare in dote ſtatutum non eſſe. Non obſtant
rationes Car. Ruy. putabam nu. poſſe reſpõderi quia
matrimonij cauſa dicitur grauis ſecundum Abb.*





*poſt alios in capitu. ſi pro debilitate de officio deleg.
& ideo gloſſ. in capitu. mulieri de iure. dixit in huiuſ
modi cauſa in ſupplementum (ut aiunt) probatio-
nis iuramentum non deferri agitur nanq; quaſi de
ſtatu hominis, unde teſtes in tali cauſa omni exce-
ptione maiores requiruntur ut hæc, & alia probat
Dec. in conſilio 133. & conſilio 310. & uide eundẽ
in conſilio 163. & probat Paul. Pariſ. in conſilio. 55
numero decimooctauo, & ſequen. & in conſilio. 69.
numero quarto, & in conſilio 61. prope finem uolu-
min. 4. & uide Andr. Tiraquell. de leg. connub. in no
na parte primæ glo. numero 64. ad argumentum er-
go quod ſummitur ex capitu. uidetur & capitu. ſu-
per reſpondetur. Nam ubi inter uirum, & uxorem
eſt inæqualitas ubi. ſ. uir ſuperior eſt, diuitijs, nobili-
tate, potentia, uel honore teſtimonium parentum ſu-
ſpectum eſt, parentes ergo non admittuntur ubi cum
19 ſanguine alia qualitas ſeu circunſtantia interuenit,
ut probatur in dicto capitu. ſuper eo in illis circun-
ſtantijs expreſſis, & notat Alexand. in conſilio. 154
ſupra citato & Dec. in relatis conſilijs 133. & 310.
& Paul. Par. in conſil. 58. numero decimo octauo uo
lumi. quarto Cur. iun. in conſilio 27 numero quarto,
Et ſufficit una ex qualitatibus ſeu circunſtantijs enu
meratis in dicto capitu. ſuper eo cum ſanguine con-
currat ut parentes repellantur exempli gratia bono
ris, uel nobilitatis, & in ſimilibus circunſtantijs idẽ
iuris eſſe probat Pau. Pariſ. in conſilio. 61. numero
trigeſimo, & ſequen. numeris, & proxeneta præter*

affectionem, ut negocium perficiatur interuenit etiã
honoris qualitas ne ſcilicet ei imputetur, quod minus
cauſe ſegeſſerit in negocio, ut paulo ſuperius dixi ex
ſententia Accurſij in dicto §. quoniam & iuris præ-
ſumptione in ambiguis mendaces proxenetæ reputã
tur ſecundum Veronen. in l. prima in §. Aiunt edi-
les numero 26. ff. de edi. edict. ubi citat legem iuſtiſſi
me in §. primo ff. de edil. edi. de quo non ſemel in hoc
tractatu meminimus merito legum prudentibus pla-
cuit repellẽdum, & ubi proxeneta proxeneticum re
cepiſſet recepturusue eſſet fortius idem reſpondendũ
eſſet. Accedat, quod ſcripſit Bald. in conſilio 50. uo-
lum. 2. quem non ſemel retulimus proxenetas ut plu-
rimũ uiles perſonas eſſe, proxeneticum ſperare, &
legem eos ſuſpectos habere ut ergo uno uerbo conclu
dam quemadmodum parentes ubi cum ſanguinis af-
fectione alia interuenit qualitas repelluntur, ita &
proxenetæ tanquàm ſuſpecti repellendi ſunt, quia cũ
affectione aliæ in eis apparent circumſtantiæ, & uide
fely. in dicto capit. ſuper eo colum. penul. & ex rela-
tis conſilijs plura colligi poſſunt quæ breuitatis cau-
ſa conſulto prætereo. Huic rei eſt, & illud annotan-
dum. quod Alcia. ſcripſit in tract. de præſump. in ter
tia parte. Regula prima uerſicu. ſecundo infertur nu
mero quarto. Is enim referendo Baldum in citato c.
ſuper eo ait, quod dicitur ubi non eſt inequalitas pa
20 rentes ad probandum matrimonium pro filia admit
ti illam habere rationẽ, quia non eſt ueroſimile quod
mater atteſtetur [illegible] ueritate ex quo alias ſeque





retur, quod traderet filiam in concubinatũ, & male
conſuleret filiæ contra iuris præſumptionem, plerun
que enim pietas paterni nominis conſilium pro libe-
ris capit unde infert ad notabilem quæſtionem ex fa
cto agitatam ipſum legito ex qua ratione ẽt Cardi.
Ruy. argumentatio eliditur, & uide text. in capitu.
uidetur in fine. Qui matri ac poſ. & conſequẽter nõ
obſtat quod dicebatur admitti parentes ad proban-
dum matrimonium, quia ueritatem magis norunt,
et eãdẽ rationem in proxeneta interuenire, & po-
teſt reſponderi, ut per Decium in citato conſilio. ccc
x. & Paul. Pariſ. in conſi. quinquageſimo octauo nu
mero quinquageſimo, & dixi paulo ſuperius uerſicu
lo tertia in propoſito poſt numerum ſextum. Nec ẽt
aduerſatur quod dicebatur uerbis enunciatiuis dotẽ
probari, tum ex his quæ diximus ſuſpectum ſcilicet
eſſe iuſtis de cauſis proxenetæ teſtimonium iuris præ
ſumptione, & uerba enunciatiua non probant matri
21 monium ubi de matrimonio enunciato primum ſeu
principaliter diſputatur capit. illud ubi gloſſ. & Do
cto. de præſump. & ſecundum Alexan. in conſi. 153.
& clarius in conſil. 155. uolumi. v. refert ac probat
Pau. Pari. in conſi. 59. nu. vi. uolu. 4. & uide Cur. Iu
nio. in conſi. 95. nu. 1. & ſequ. tum quia ius ſingulare
quod contra rõnẽ iuris receptũ eſt non eſt producen-
dum ad conſequentias l. quod uero l. ius ſingulare ff.
de legib. ubi præcipue diuerſe rationes interueniunt
ceſſat etiam ex his quod dicebatur caſus exceptos
ad alios ſimiles ex eadem ratione porrigendos re-

lataq; ratio fauoris & odij, & quoniam uerba sũ-
mi Pontificis in dicto capitulo primo de teſtib. libro
ſexto remouent contraria, Ad compeſcendum nãq;
tam deteſtabile crimen Simoniæ, quod pleruñq; per
mediatores committitur illud ius ſingulare ſingulari
bus rationibus eſt ſtatutum quæ non conueniunt in
matrimonio, & dote, & inferius dicta in quarto tem
peramento, & ſi lector Candidæ ſententiæ Car. Rui.
uiri quidẽ ingenij acutiſſimi malles aſſentiri ut pro-
xeneta in cauſa dotis & matrimonij non repellatur
a teſtimonio crederem ſecundum tertiam ſententiã
Abbatis & ſectatorum eius de qua Paulo ſuperius
dixi non male intelligendam eſſe.

Tertio, quod diximus proxenetam inuita altera parte
22 ad teſtimonium non admitti? reſtringendum eſt in
his quæ perfectionem ſeu explicationem contractus
ſeu negocij reſpiciunt, in his autem quæ ante perfe-
ctionem contractus potuiſſent euenire admittatur ut
eleganter inquit Salice. in l. nullus ff. de teſtib. ſubdẽs
text. in §. quoniam uero ſæpius citatum id non pro-
hibere, citatq; ſcripta à doctoribus in l. ſi actor C. de
probation. & l. fina. C. de procuratorib. & huius rei
rationem reddit, quia prima ſunt ſeparata à contra-
ctu, ſecunda ſunt ei connexa inter quæ longa eſt diffe
rentia ut notatur C. ſi aduer. rem iudic. lege prima,
& ff. de negot. geſt. lege cum actum, idq; uerum ait
licet præcedentia contractui proſint, affectio nãq; in
proxeneta conſiderata hæc non reſpicit, & ſimili di-
23 ſtinctione utitur in uenditore ubi de euictione nõ te-





netur, quòd in præcedentibus contractum & eum nõ
reſpicientibus teſtimoniũ poßit dicere, ſed in his quæ
contractus perfectionem reſpiciunt non poſsit, & de
Salicet. meminit Alexand. in conſilio. 154. uolumi.
quinto uiſo Themate in prima col. Adde quòd idem
probat Salycet. in l. omnibus C. de teſtib. & ſanè Sa-
lycet. ſententia mihi rationabilis ſemper uiſa eſt, quo
niam in his quæ præcedunt cõtractum, nec perfectio-
nem eius reſpiciunt rationes quibus ipſum proxene-
tam repelli frequentioribus placuit, non conueniunt
unde autoritatem Salycet. illa iuris quæſtio ſolui poſ
ſet, Sempronius mercator Auguſtino mercatori mã
dauit ut mercium ſuarum periculum ſuſcipientes in-
24 ueniret, & quos uulgo aſſecuratores appellant, Au
guſtinus ſe diligentia uſum in perquirendis aſſecura
toribus probare ex facto aſtringitur num proxenetæ
ſunt admittenti quibus Auguſtinus aſſerit mandaſ-
ſe ut inueniat. Et quoniam hoc non ipſum aßecura-
tionis inſtrumẽtum reſpicit, & affectionis & aliæ ra
tiones Accurſi in dicto §. quoniam in hac facti ſpe-
ciæ interuenire non uidentur, proxenetas ad id pro-
bandum admittendos uidetur, & ex facto cõſulto pla
cuit Car. Rui. in conſili. .65. numero ſecundo & nu-
mero ſeptimo uerſicu. Secundo quia &c. uolumi. 5.
Qui tamen nec Salycetum citat, nec prædicta atti-
git, ſed ex eo ſententiam ſuam probat: quia creditur
25 alicui de mandato ſibi dato atteſtanti citat Bartol.
in l. ex ſententia ff. de teſtamen. tut. Bald. in l. iudi-
ces C. de fid. inſtrumento. Alexand. in conſil. 188. nu

mero.19.uolumi.v.Sed de hoc non eſt diſputandi locus uide tamen eundem in conſi.33.uolumi.4.col.2. & eund.Car.Rui.in antecedenti reſponſo ſub nume. ſeptimo Doct.in capi.quoniam contra & præſertim Dec.ibidem ſub numero 59.extra de probatio.Iaſ.in l.admonendi numero 156.ſubijcit Car.Ruyn.quia arbitro creditur in eo quod eſt mandatum,citat Doct. in capi.2.de arbi.Bar.in l.ne in arbitris C.eod.& in
26 l.ſocietatem in §.arbitrorum ff.pro ſoc.ſed & in hoc uidebis ſcripta a Iaſ.in repeti.l.admonendi nu.168. Lanfr.in dicto c.quoniam contra nu.30.& in uerbo teſtium nu.115.Iaſ.in conſi.1[illegible].col.fi.uol.1.& in cõſi.12.nu.1.eo.uol. Ioã.ab ami.in conſi.31.nu.17.ad demonſtrandum:&c.

Quarto temperandum eſt in crimine Symoniæ in quo ſi
27 ciuiliter agatur,& nullum emolumentum mediator fuerit aſſecutus ad teſtimonium altera parte inuita admittitur capitu.1.de teſtib.lib.vi. ubi plene iuris pontificij interpretes ſcripsere,ex quo capite notant ſi ciuiliter agitur crimiais Symoniæ socium proxenetam,& non numeris admittendum:criminis autem, & muneris reijciendum ſi uero criminaliter agitur proxeneta tanquam criminis ſocius licet non muneris non admittatur ad probationem,ad præsumptio-
28 nem autem faciendam non reijciatur ſecundum glo. in dic.c.i.in uerbo teſtimonium,& in uerbo criminaliter,& scripſit Par.Put.in tracta.ſindi. in uerbo teſtis uerſicu.fuit ſemel interrogatus numero 2.& 3. ſi uero emolumentum etiam fuerit aßecutus ſitq; ſocius

cius



cius criminis,& muneris prorſus repellatur,& uide c.licet Heli.c.per tuas de ſimo.& c.ueniens 1.de teſtib.Socyn.Iun.in conſil.12.numer.18.par.2.& magis ad rem Card.Ruy.in conſi.158.num.2.& ſequẽ. & nume.15.uolu.v.& Alber.ſi is eſt,in tract.de teſti.§.expedita nu.32.qui ubi criminaliter agitur indiſtincte proxenetam repellendum ait & uide additionem primam in dic.c.1.de teſt.lib.6.& Archid. ibidem.Et huic temperamento quædam ſunt annotã-
29 da,& illud primum ius ſingulare in crimine Symoniæ ſtatutum eſſe frequentioribus placuiſſe,& per locum à ſpeciali probari in d.c.1.proxenetam à teſtimonio repellendum cumq; hic admittatur ſi ciuiliter agatur,ut dixi,quod relatus Alberic.ſupra uerſicu.Qui uero in ſecunda nume.6.conſiderabat, mouere non debet:& uerba Pontificis eo ius ſingulare ſtatutum oſtendunt,quia miniſterio proxenetarum plerunq; crimen Symoniæ cõmittitur & in criminis de-
30 teſtationem item & illud annotandum eſt ſi ciuiliter agitur in crimine Symoniæ Proxenetam admittendum parte alteræ nõ aſſentiẽte ẽt ſi proxeneticũ fuiſſet promiſſũ nõ tamẽ traditũ idq; ex ſñia Ioã.And. Ioan.Mona.ibidem pro qua ſñia uerba relati textus ſunt quæ emolumentum proxenetam aſſecutum eſſe innuere uidentur, & quoniam,aduerſari huic ſentẽtiæ uidebatur text.in d.c.ueniens reſpondit Dominicus in citato capitu.primo & uide ibidem Philipp. Franc. referentem Baldum contra ſenſiſſe quibuſdam rationibus, & qui ait paria eſſe promittere

 & ſoluere

& ſoluere l.fina.C.ad legem falcidiam & ſcribit Sozin.Iun.in conſil.93.uerſiculo circa quartam in prima parte,& ſubijcit tutius eſſe ſi promiſſio interueniat tenere proxenetam repelli,quemadmodum reijcitur ſi traditio interuenit uerum Felyn.in dicto capitu.ueniens ſub numero.4. Dominici reſpōſum probat,& ſubdit gloſſ.& omnes iſtum appellare ſocium numeris quod eſſe non poſſet ex ſola promiſſione.
Quinto reſtringendum eſt in cauſa ſolutionis uſurarum
31 quoniam id occulte ſit & fœneratores plerunq; contractus uſurarios ita occultæ ineunt & doloſe, ut de uſuraria prauitate uix conuinci poſſint ex ſententia Dominici in dicto capitulo primo columna ſecunda, in gloſſ.in uerbo autores cuius ſententiam probat eodem in loco Philipp.Franc.Sed & addit intelligendam ſecundum ſcripta à Bartolo in l.deſerre in. §. ijdem decreuerunt ff.de iure fiſc.uidelicet niſi deponat ad ſui commodum quod ipſe proxeneta ſoluerit, aut ipſe commodum recipiat de quo ſubdit infra.Sed et addes Veronen.in tracta.de ſimul.contract.numero.185.qui prædictos non refert,et ait ſi iudex contra aliquem procedit tanquàm uſurarium uel ſimulatos contractus facientem poterit recipere in teſtes proxenetas et alios cum, quibus dicitur commiſſum crimen argumen.capitu.Quoniam de teſt.licet alias dubium ſit an proxenetæ poſſint eſſe teſtes ſubijcit ēt et alia quę retuli ſupra in tertia par.numero 35.uerſicu.Accedat &c.et uide Cardina.in clemen. prima §.primo in tertia,quæſtione numero primo de uſur.

Pro


Pro qua ſententia eſt,quod Alexand.ſcripſit in conſilio.46.colum.prima libro tertio,& in conſi. 54.colum.prima libro ſexto.Inquit enim alios referendo propter cauillationes, & fœneratorum excogitatas
32 artes ad probandum contractum uſurarium probationes leuiores ſufficere,& quæ alias in cauſa non ſufficerent.Sed & ad prædicta & precipuæ temperamētum datum à Philippo Franco propoſitæ limitationi uidenda ſunt quæ plene,& eleganter ſcripſit Aymo.Craue.inter recentiores iuris interpretes non(ut aiunt) imi ſubſelli in conſilio 6.numero 102.& plenius in conſilio 73 præſertim numero ſeptimo,& numero 29.& ſequen.numeris cuius ſcripta quoniam inter manus omnium merito uerſantur breuitatis cā non refero, & uide Bald.in conſilio.370.uolumi. 4. de quo ſtatim.
Sexto temperandum etiam puto,quod diximus in pro-
33 xeneta à publico approbato,& in albo proxenetarum deſcripto,& iurato ſi lege municipali caueatur fidem habendam eſſe.Nec enim recte dubitari poſſe puto quin his circunſtantijs concurrentibus alias minus idoneum teſtem pro idoneo haberi lege municipali caueri poſſe facit l.theopompus ff.de dote prale. & quod ſcripſit Ang.in repetitio.l.ſi uacantia in ſecunda columna C.de bon.uacant.libro decimo Mar. ſingu.214.& ſingul.460.& facit quod ſcripſit Alexand.in conſilio 122.numero nono uolumi. ij. & l.ſi quis teſt.C.de teſtib.& quod paulo ſuperius hac eadem quæſtione dixi uerſicu.prima eſt numero primo,

& uide

*et uide quæ hac eadem parte infra dicam uerſic.
Apud Bertachinum num.4.& ultimo.*

*Septimo declarandum eſt, quod diximus in uero proxe
neta qui ut in prima parte dixi & inſequenti etiã di
cam duobus modis dicitur uno modo quando accipit
proxeneticum, alio modo quando gratis, tamen eius
opera & miniſterio perficitur negocium, ſed ubi à
partibus ſine mediatore ſit contractus & explicatur
negocium qui partes coegit ſeu coadunauit, uel te-
ſtes uocauit, quia hic nullum miniſterium cõtractui
præbuit nec ex hoc meretur proxeneticum non dici-*
34 *tur proxeneta conſequenter huic non interdicetur
teſtimonium ſecundum Bal.in conſilio 459. Tria du
bia uol.quarto, quod eſt errore geminatum in 4. uol.
ſub num.370.citat §.quoniam uero & c.1.de Teſti.
libro 6.& quod notatur in l.eleganter ff. de dolo &
ſubdit hunc non eſſe repellendum & ad probandum
conuentionem admittendum eſſe, quoniam rationes
relatæ ab Accurſio in dicto §.quoniam huic non cõ-
ueniunt qui non præbuit intrinſecum & ſubſtantia-
le miniſterium in negocio, ſed extrinſecum in congre
gando partes in certum locum citat etiam tex.in l.1
ff.de Teſti.& quòd notatur in dicto c.Romana. quæ
Baldi ſententia confirmari poteſt ex alio Baldi met
conſilio l.uol.ſecundo illic enim ita ſcriptum eſt pro
locutores inter partes non dicuntur proprie proxe-
netæ, ſed amicabiles tractatores ff. de arbitr. l.ſi de
meis §. recepiſſe & hos idoneos eſſe teſtes putat, nec
eſt omittendum quod Stef. Bert. ſcripſit in conſilio*





*225. Dixeram &c.uol.3. Nobiles qui forte fortunæ
negotijs interfuere & miniſterium aliquod præſtite
re proxenetas dici non poſſe cum rationes proxene-
tas repellentes in eis ceſſant. Addendum eſt etiam
quod ait Socci.iuni.in con.29.nu.17.uol.2. putauit
enim mulierem internunciam quæ tantum mandata
ria non proxenetrix fuerit ad teſtimonium admit-
tendam.*

*Octauo reſtringendum uidetur in Crimine hæreſis id.n
uidetur ſenſiſſe Archi.in dicto c.1.de teſti. lib.6.dũ
inquit & habetur ſimile in Crimine hæreſis.i. de he-
re.c.in fidei & his addes Dominicum ibidem & quæ
ſcripti ſupra in quinto temperamento Gundis.in tra
ctat.de hæret.uer.decimotertio Carre.in eo.Tracta.
num.118.& ſeq.*

35 *Deniq; tẽperando eſt propoſita facti ſpecies in caſu
in quo omnes ratiões relatæ ab Accur.in dict.§. quo
niã ceſſarẽt uidelicet affectiõis, proxenetici, et quòd
aſcribi nõ poßit, quòd minus cauſe ſegeſſerint ex ſen
tẽtia Alex.in cõ.127. uol.7. in fi.quod tẽperamẽtũ
nõ eſt ſine ratione & ĩnumerabilibus exẽplis proba
ri poſſe de quibus apud ſummæ ſcientiæ ſingularisq;
memoriæ uirũ And.Tiraq.in libello qui circũfertur
et inſcribitur ceſſante cauſa pro quo etiã facit quod
in ultima facti ſpecie dicã nam idem prope modum
eſt & relatũ reſponſum Stefa.Bert.Paulo ſuperius.*
36 *Quarta facti ſpecies eſt, ut tandẽ redeã unde diuer
terã proxenetã poße in eo cõtractu in quo ĩteruenit
in teſtem deſcribi, et cõſequẽter poteſt eſſe teſtis in*

inſtrumento, licet uoce uiua regulariter ei teſtimonium interdicatur. Cuius rei illa ratio redditur, quia in inſtrumento deſcribitur de conſenſu utriuſq; partis quo caſu (ut in initio huius diſputationis dixi) admittitur & cogitur teſtimonium dicere. Item inſtrumenti fides ſubſcriptionem amouet, ex ſententia Abbatis in cap. ex literis de Tranſact. num. 3. ubi mæmoria tenendum ſcripſit, & apud eundem etiam notatur & prius idem notauerat Baldus eadem ratione motus, in Aut. ſed nono iure numero 6. uerſic. quinto
37 quòd proxeneta C. ſi cer. pet. quod forſam temperandum intelligendum eſt in his quæ in inſtrumento continentur in quibus proxeneta eſt rogatus & ſic approbatus, contra uero in his quæ in inſtrumento aſſeruntur omiſſa ut repellatur à teſtimonio, idq; ſenſiſſe uidetur Car. Ruy. in conſi. El. 14. uol. 4. conſiderando quæ ſcripſit in principio conſilij & n. 6. & uerſic. Non obſtat quod ultimum eſt etiam admittendum quando in negotio proxeneta fuerit & ut ſtatim dicemus, & ne repugnet his quæ diximus Paulo ſuperius uer. tertio quod diximus num. 22.

38 Vltima facti ſpecies eſt proxenetam ab extraneo productum non eſſe à Teſtimonio repellandum. Nec enim ex hoc quòd quis proxeneta ſit interdicitur teſtimonium ſed ratione affectionis, utilitatis, & ne ei imputetur, quòd minus caute ſe in negocio geſſerit, quæ rationes in negocio in quo interuenit locum habent, & ceſſant ubi ab extraneo producitur, quod placuit Fel. in capitulo cum à nobis in fi. de Te

ſt



ſti. ubi idoneum eſſe teſtem ait citat glo. in capitulo Romana eodem titulo lib. 6. & his addes quæ Paulo ſuperius dixi in uerſiculo deniq; & in his, & præcedentibus magis congruere facti ſpecies conſtituere uiſum eſt quam relatis limitationibus reſtringendo hæc adijcere.

## SVMMÆ.

1 Libro proxenetæ an ſit credēdū per totā queſtionē.
2 Viuæ uoci magis credendú quā mortuæ, et cuius uox uiua nō recipitur, eiuſdē uox mortua nō admittitur.
3 Libro proxenetæ creditur de cōſenſu partiū & quid in crimine Symoniæ & in uſurarū cauſis relatiue.
4 Iuramētū præſtitū ab initio à proxeneta de exercendo ex fide officiū ſufficit, ut in crimine Simoniæ et in uſuris detegendis eius libro credatur, ueluti ſi iuratus deponeret.
5 Statuto uel cōſuetudine ſi creditur lib. proxenetarū quomodo ſit id admittendum declaratur relatiue?

1 APud Bertac. in Repert. ſuo in uer. proxen. ita ſcriptum eſt: proxenetæ lib. creditur Bal. in l. 1. in 4. col. C. de eden. In quo tamē loco Bal. in meo C. de editione loquēs inquit. Sed quid in his qui ſcribunt ea in quibus uerſantur an teneantur codicem ſuum edere, uidetur quòd non quia non admittitur eorum uox uiua niſi utraq; parte uolente ut in capitulo. 1. de Teſti. lib. 6. ergo nec uox mortua niſi utraq; pars conſen

tiat

tiat,& ſubijcit ſed quid ſi librũ procuratoris mei pe
to edi contra tertiũ an audiar, uidetur quòd nõ quia
cuius teſtimonium non admittitur eius ſcripturam
non recipiam ff. de iu. ſi. l. deferre §. fidem decreue-
runt. Nam cum talis ſcriptura iuris adminiculũ non
conſerat, ideo fruſtra edi poſtulatur. Hæc ille, ex cer-
te maior fides habenda non eſt ſcripturis & conſe-
quenter uoci mortuæ, quam his quæ uiua uoce & iu
reiurando aſſeruntur §. ſi uero tale aliquid in Aut.
de fid. inſtru. quem tex. citat ad hoc Alex. in con. 3.
num. 9. lib. 2. & hoc arg. utitur Anchar. in conſi. 28
rationes col. 2. uer. ulterius hoc probatur, et hac etiã
ratione uſus eſt Imo. in l. Nuda nu. 4. ff. de donat. in
ea quæſtione. An liber mercatoris pro tertio ſemiple
nam probationem faciat, exiſtimans iuramentum à
principio præſtitum à mercatore quòd ex fide merca
turæ offitium exerceret, non ſufficere. Cui tamen ra
tionis in eo articulo & Pau. Caſtr. & Alex. reſpon
derunt in l. admonendi ff. de iure, & refert Iaſ. Ibidẽ
nu. 108. in reſpectiõe, Dec. in c. 2. extra de fid. inſtru.
His igitur relatis cũ quæritur an liber proxenetæ in
ter contrahentes probet, regulariter nullam fidem fa
cere reſpondendum uidetur. Cum. n. à teſtimonio pro
xeneta regulariter repellendum in ſuperiori quæſtio
ne probauerũ abſurdum uidetur eius libro credi etiã
ſi in albo ſeu matricula proxenetarũ quis deſcriptus
ſit & ex fide officium genere iurauerit plane ſi par
3 tes conſentiant, uel in crimine Symoniæ uerſemur,
uel agatur ut uſuræ extortæ de tegantur dicendũ pu



to ut in quæſtione antecedenti ſcripſi uer. Prima eſt
& uer. quinto reſtringẽdũ nu. 31. et in his caſibus ex
ceptis iuramentum à proxeneta à publico approba-
to & à principio præſtitum, quòd proxeneta officiũ
ex fide geret ſufficere defendi poſſe ex his quæ Pau.
4 & præcipue Alex. in relato loco ſcripſere: Sed et ſi
conuentiones in lib. proxenetarum deſcriptæ partiũ
ſubſcriptiones continerẽt his recognitis ſtãdum eſſet
his illud adijciendum eſt ſi uel conſuetudine uel lege
municipali proxenetarum libris fides habeatur, &
5 conſuetudinem & municipalem legem multis modis
temperandam eſſe non dubito et prout iuris interpre
tes in plerisq; locis de libro mercatorũ ſcripſere, &
præſertim in dicta l. admonendi, & ſcripſi in Trac.
meo de mercatura in ſecunda parte num. 69. & ple-
nius in prima parte ult. par. Relata nanq; tẽperamen
ta fortius in libro proxenetæ quã mercatoris admit-
tenda eſſe ſordi dum proxenetarum officium & per-
ſonarum qualitas ſuadent ut ſcripſi ſupra in 2. parte
uer. ſubijcit non adeo improbabili more num. 10.

## SVMMAE.

1 Teſtes ſi dixerint contractum fuiſſe factum per me-
dium qui non principalis fuit ſed proxeneta num
defendi poßint quòd probent, & quòd defendantur.
2 Dictionis per natura ſeu quibus modis dictio hæc ac-
cipiatur relatiue.

quero

1 QVæro teſtes in contractu ſeu negocio aliquo ſunt recepti qui dixerunt contractum fuiſſe factum p meuium, qui non principalis fuit ſed proxeneta num teſtimonia defendi poſſint? et uidebatur nõ poſſe. Cum meuius proxeneta nõ cõtradixerit, & dictio per referri debeat ad perſonas contrahentium, & actum gerentium. Sed uerius eſt defendi poſſe, & exponenda eſſe dicta teſtium per meuium ideſt eius mi-
2 niſterio idq́; probari uidetur in capitulo primo de teſtib. lib. vi. iuncta expoſitione gloſſ. in uerbo per quos & expreſſe notauit Geminian. ibidem in fine primæ colum. & probat eodem in loco Philipp. Franc. citat legem cum per eos C. ſi quis alt. uel ſibi. Addes Bal. in l. ex arrali numero tertio C. de actio. empt. & plenius per eundem in Rubric. de exer. in princip. Ex cuius ſcriptis hæc ſententia confirmatur quæ, & æqua, & rationabilis eſt frequens enim hæc eſt expoſitio ut ſi diceres per meos amicos obtinui, & de dicta præpoſitione per ſcripſit And. Alc. in l. urbana familia in §. pernoctare ff. de uer. ſigni.

## SVMMÆ.

1 Permutationis contractus bone fidei eſt.
2 Permutatio uicina emptioni, & uicem emptionis obtinet.
3 Permutatio pro uenditione à probationis ſcriptoribu



bus uſurpatur.
4 Remedium legis ij. C. de reſcin. uendi. & in permutation. locum habet, & quid in permutatione beneficiorum relatiue.
5 Venditio ſeu permutatio an reſcindi poſſit facta ſub uulgari clauſula proxenetarũ uiſto e, reuiſto e, piaciuto, ſi læſio ultra dimidiã interueniat, & de dicta clauſula plura.
6 Vendens ſcienter rem minus dimidia iuſti pretij beneficio l. ij. C. de reſcin. uen. non utitur & ſciens renuncianti comparatur.
7 Legi ſecundæ de reſcin. uen. c. non ſolum expreſſe, ſed tacite renunciari poteſt, niſi perſonæ qualitas aliter ſuadeat.
8 Valorem agri ſciuiſſe præſumitur ex reditu agri qui incolendo eum uerſatus eſt.
9 Celatus non dicitur qui ſcit, & certiorari non debet qui non ignorat.
10 Mercatorum diligentia in nuncijs magna eſt & eſſe debet.
11 Remedium reſciſſorium, an concedatur ſi in inſtrumento ſit dictum bis ſi pluris eſt ſeu ualet, donat.
12 Clauſula quod pluris eſt donat non eſt magni momẽti, & refert quomodo concepta ſit.
13 Geminatio uerborum uno contextu facta quam uim habeat relatiueq́; de geminatione.
14 Mercatores boni propter eorum bonam fidem plerunq́; uarijs modis proxenetarum calliditate circunſcribuntur, & enumerantur fraudes.

15 *Mercaturæ ſalus in nequiſſimos proxenetas, & malos mercatores animaduertatur.*

SOLENT Anconæ (unde origo mi
1 hi eſt) proxenetæ uenditiones,
& permutationes in eorum li-
bris cum illa uulgari clauſula ſeu
formula ſcribere & perficere. ui
ſto e, reuiſto, e piacinto. Et quo-
niam inter bonæ fidei contractus permutationem cõ-
ſtitutam eſſe nemo ambigit l. ſecunda C. de rerũ per.
§. actionum inſtitu. de actio. uicinaq; eſt emptioni. l.
2 fina. ff. de rerum permuta. uicemq́; emptionis obtine
re non eſt iuris incogniti dicta lege ſecunda, & l. Ti-
tia ubi Bald. ff. de iur. dot. l. apud celſum §. ſi quis au
tem uerſicu. autoris ff. de doli exceptione. & qui rem
permutatam accipit emptori ſimilis eſt l. ultima. ff.
quibus ex cau. in poſſeſſo. eat. l. ſciendum §. deinde ff.
de edil. edi. unde et permutatio pro uenditione à pro
batiſsimis ſcriptoribus uſurpatur, ut probat Andr.
3 Tiraquell. in commen. de utroq; ret. §. 30. gloſ. 1. nu.
19. uer. ex hac autem &c. placuit uiris prudentibus
remedium legis. ij. C. de reſcin. uen. & in ea. locũ ha-
bere. Id. n. Io. And. ſenſit in c. cum dilecti de emp. &
4 uendi. Cald. in titu. de rerum permu. conſi. 4. duo Ca-
nonici &c. Bar. & pleriſq; alij in d. ij. Abb. in c. cum
cauſam numero 8. de emptio. & uendi. & Deci. in cõ
ſilio. 210. ubi in permutatione beneficiorum diſputa-
uit. Scio igitur aliquando in dubium ueniſſe, num uen
ditio



ditio ſeu permutatio ſub hac uerborum conceptione
ſeu uulgari formula facta reſcindi poſſit ſi leſio ultra
5 dimidiam interueniat. Et reſcindi non poſſe uideba-
tur ſi læſio ultra dimidiam interueniat. Nam qui
6 ſciens prudẽsq; minus dimidia iuſti pretij uendit be-
neficio dictæ legis non utitur ſecundum Baldum in l.
ſecunda C. de reſcinden. uend. numero ſeptimo qui id
à Doctoribus receptum ait, mouit l. prima in fin. ff.
de action. empt. & quia ſciens renuncianti compara-
tur ff. de edil. edi. l. quæritur §. ſi uenditor, cum igitur
relata uerba ſcientiam oſtendere uideantur ſtandum
uidebatur eo quo conuenit, remittentibus enim actio
7 nes ſuas non eſt regreſſus dandus, & non ſolũ expreſ-
ſe ſed & tacite dictæ legi ij. renunciari poſſe ex Odo:
& Nicola. Matth. relati à Baldo ubi ſupra reſponde
runt, niſi perſonæ ſimplicitas, uel ruſticitas aliter ſua
deat, idq́; religioni iudicantis remittitur, & ſcientiã
in mercatore, & ſolito negociari præſumenda uide-
tur exemplo eius qui uerſatus in agro colendo ut ex
8 reditu agri ualorem ſciuiſſe cenſeatur, ut idem Bald.
referendo Nicolau. Matthe. cum diſtinctioneque in-
terpretando legem quiſquis C. eodem. in non ſemel ci
tato loco ſcripſit. Non ergo uidetur celatus qui ſcit
nec certiorari debuit qui non ignorauit. Rurſus hec
ſententia ex eo comprobatur mercatores nanque ad
uarias mundi partes merces & exportant, & impor
tant intentique ſunt ad quæſtũ. unde forſan præſumẽ
dũ eſt certiores redditos merces permutatas ſeu em-
ptas ad aliquas regiones tranſmitti cũ lucro poſſe, &

ſcienter inæqualem permutationem feciſſe, aut merces uendiſſe minus dimidia pecunias tranſmittendi gratia aliquo, aut propter copiam mercium aduehēdarum quia amicus per literas ſignificauerit (ut aſſolent mercatores, Quorum diligentia in nūcijs ma
10 gna eſt, & eſſe debet. Item hæc ſententia ex eo probari poſſe uidebatur quia proxeneta interuenerit. Nam ut Alberic. ait in lege ſecunda ff. eodem quidā exiſtimauerunt emptorem qui interueniente proxeneta emerit redbibitoria agere non poſſe tanquam proxeneta partes inſtruxerit, & mercium ualorem, & pretia indicauerit, denique hæc ſententia ex geminatione illorum uerborum uiſto e, reuicto confirmari poſſe uidebatur, argumento eius, quod præceptor meus Ludouic. Gozz. ſcripſit in conſilio quinquageſimoſecundo numero ſecundo Is enim referendo Bald. in dicta lege ſecunda putabat remedium re-
11 ſciſſorium non concedi ſi in inſtrumento dictum ſit bis. & ſi pluris ſit ſeu ualet donat, Verum relatæ rationes mouere haud debent, & non eſſe recedendum à regula propter relatam uerborum conceptionem, & ſolitam proxenetarum formulam opinor, dicta nāque clauſula ex conſuetudine proxenetarum, & perfunctorie adijci solet: unde puto non eſſe magni momenti, ut de clauſula quod pluris eſt donat atteſtatur Angelus in lege ſecunda C. de reſcinden. uendition. & plures referendo probat Andr. Tiraquell. in com
12 men. de ut. ret. §. primo gloſſ. xviij. a numero undecimo usque ad numerum xix. ex cuius ac plurium ſen-





tentia refert quomodo cōcepta ſit clauſula, & an ex more, & perfunctorie, uel ex animo, non leuites, non neglectim, non oscitanter, quod ex uerbis, & forma donationis apparere poteſt, & ex qualitate, & conditione contrahentium, & his addēda ſunt quæ ſcripſit Decius in conſilio 180. & Aymo. in conſil. 192. numero primo, & numero decimo Pau. Pariſ. in conſilio 20. præcipue ſub numero 87. & ſequen. & ante numeris uolumi. primo quo fit ut ſcientia ex relatis uerbis non arguatur ſeu ualoris ſcientia demonſtretur. Et quod de geminatione uerborum dicebatur non obſtat cum eodem contextu, non temporis inter-
13 uallo ſit adiecta, argumen. legis ſi mulier C. ad ſil. C. uel. & uidendus eſt Deci. in conſilio. 60. in fin. & in conſilio. 181. numero quinto, & conſilio. 216. colum. fina. uerſicul. & præſertim qui ſibi parum conſtitiſſe uidetur ut ſcripſit Aymo. Craue. in conſil. 114. in fine. Et de geminatione præter loca uulgaria uide Ioann. Crot. in l. prima in octaua colum. ff. de uerborū obligation. & Pau. Pariſ. in conſilio duodecimo numero ſexageſimonono, & ſequen. uolumi. ij. & in cōſil. nono numero 19. uolumi. 3. And. Tiraquell. in l. ſi unquam in uerſicu. reuertatur numero 49. & ſeq. & ante numeris C. de reuocan. donatio. quem uideas ſcripſit enim de re ſeu clauſula absque interuallo geminata. Accedit quòd relata uerborum geminatio, neq; ſcientiam ualoris indicat, nec renunciationē continet, & per errorem interueniente læſione de qua ſupra uenditionem ſeu permutationem factam eſſe præ

ſumendum eſt ut Barto.ſcripſit in dicta l.ij.& in l. quiſquis C.eod.& Ange.& Imo.in l.ſi quis cum aliter in tertia colum.ff.de uerborum obligat.& Pau. Pariſ.in dicto conſi.20.numero.58.Et ex facilitate ac ignorantia ad uenditionem deueniſſe,ne ſuum iactaſſe uideatur l.cum de indebito ff.de probat. Nec cõmune habet ſed diſſimile quippe eſt, quod dixi de eo qui fundum coluit,& reditus annuos recepit: Cũ ex reditibus probetur ualor rei ſecundum tamen notata à Bartholo in dicta l.ij.& hic agatur de uenditione ſeu permutatione rerum mobilium,nec tamen diuerſum ius ſtatuendum puto ſi relata clauſula in uenditione rerum mobilium adijciatur,& in re dubia in propoſita facti ſpecie relatas coniectura (ad quas Bal. confugiendum ſcripſit) ad ſciẽtiam arguẽdã non puto ſufficere.Nec referre uidetur,quod proxeneta interuenerit ut probaui ſupra hac eadem parte uerſi.Et illud in dubium uenit ſub numero.1.& ulti.Sed & huic rei annotandum eſt bonos pleruñq;
14 mercatores propter eorum fidem,& facilitatem calliditate,& dolo proxenetarum in uenditionibus,& permutationibus circunueniri.Nam merces, uel uiderunt,ſed habita fide de qualitate earum,uel ſpecimine tantum oſtenſo,uel mercium caterua uix uiſa, aut perforaminã,& quaſi per transennam, uenditionibus,& permutationibus ſub relata uerborum formula facti proxenetarum ſuaſionibus ſe ſuſcribunt, Hinc contrahentibus delinquendi occaſio præſtatur, hinc proxenetæ ad malitiam inuitantur,hinc deniq;

tot



tot tanteq; fraudes,& circunuentiones oriuntur,ſub colore enim ac clypeo relatæ clauſulæ, quòdq; propter eius uim reſcindi contractus non poſſit partes ipſe ſuaſu pleruñq; proxenetarum merces ſupponunt, uel corrumpunt,uel ſupprimunt.unde in crimen ſtellionatus incidunt,ut in l.3.ff.de crim.ſtell.& propterea ſalus eſſet mercaturæ in ciuitate Anconæ in
15 nequiſsimos proxenetas malosque mercatores animaduertere? Ad quæ uidebis quæ ſcripſi in tractatu meo de mercatura in quo inſeritur tractatus de decoctoribus,& in ultima par.einſdem tract.de decoct.nu.19.& ſeq.nu.& in titu.de contract.mercat. nu.11.quæ breuitatis cauſa non refero.

S V M M AE.

1 Vẽditio ſeu permutatio ſi ẽ facta cũ illa uulgari clauſula à reuedere an dicatur pura,et reſoluatur ſub cõditione,uel cõdõnalis ſit magis,& intra quãtũ tẽp⁹ liceat dicere rẽ ſibi nõ placere,et quãdo res euincit, morboſa uitioſaue eſt,et declaratio ad l.quòd ſi nolit in §.ſi quid ita ff.de edil.edi.& multa in.q.notabil.

ST & alia uulgaris formula qua callidi
e mercatores plerũq; utũtur dũ uẽditiõib⁹ permutationibusq; in proxenetarũ libris ſcriptis ſe ſuſcribũt ualet Io Giouã Bapt picco mi cõtẽto à reuedere. Vnde q̃ritur utrũ ue uẽditio permutatione cõceptis uerbis facta pura ſit,ſed ſub cõdõne reſoluatur,an uero conditionalis ſit magis, & conditionalem eſſe uidebatur,quaſi uerba illa ſignificent ſi res empta permutataue placuerit §.emptio inſtit.

I 4 de em-

*de emption. & uendition. Sed mihi uidetur uerim
non eſſe ſub cõditione contractam, ſed reſolui emptio
nem permutationem ne ſub conditione quaſi dictum
ſit ſi diſplicuiſſet res ſit inempta l. ſi res ita ff. de cõt:
empt. l. 2. ff. de in diem addict. in quibus locis uidebis
Accurſium l. 2. §. ſi in diẽ ff. pro empt. l. pe. C. de edi-
lit. act. c. 1. illos uos de Pign. ubi Gloſ. & Abb. Rela-
ta enim uerba mihi uidentur magis reſolutionem
quam emptionem reſpicere, & in his quomodo uer-
ba concepta ſint ſuſpicimus ut quid actum ſit intelli-
gamus. Experientesq; mercatores audiui, ita dicen-
tes, & hoc iure utimur. Refert autem ualde pura ſit
uenditio ſed reſoluatur ſub conditione, an conditiona
lis. Si enim pura eſt ex contractu agi, & uſucapionẽ
procedere & fructus & acceſſiones lucrari & peri-
culum ad emptorem pertinere ſi res interierit pla-
cuit. Vbi uero conditionalis eſt uenditio, nec agere,
nec uſu capere emptor poteſt, nec fructus ad eũ per-
tinent dicto. §. ſi in diem & l. 2. 3. & 4. ff. de in diem
addict. l. obligationum ferè. §. conditio ff. de act. & o-
bligat. quæ multis exemplis probari poſſent, ſed loca
tantum referre contentus ero. uidebis ergo Bar. in l.
Iulianus in fi. ff. de cond. indeb. Dec. in con. 279. pla
cet mihi col. 2. Soc. in conſi. 62. uiſis conuentione col.
2. uerſi. ſed regula eſt libr. 4. & conſil. xci. Concludo
dictum Philippum col. 1. uer. confirmatur iſta con-
cluſio eo l. b. quos ac nonnullos alios refert And. Ti-
raq. in Tract. de ut. ret. §. 2. Glo. prima & unica nu.
74. & addes Paul. Paris. in conſil. 5. num. 12. & nu.*





*24. uol. Car. Ruy. in conſilio 45. uol. 5. col. 2.
Sed & illud non in eleganter quæritur finge ementi per
mutanti ut rem diſplicere num ſit præfinitum tem-
pus intra quod admittatur ad reſoluendum contra-
ctum ex eo quòd res diſpliceat. hic tibi lector candi-
de in quæſtione utili & quotidiana ſingula em tex-
tum ad uerbum refero in l. quòd ſi nolit in ᵛ. ſi quid
ita uenerit ff. de edil. edic. Illic enim ita ſcri tum eſt.
Siquid ita uenierit ut niſi placuerit intra præfinitũ
tempus redhibeatur, ea conuentio rata habetur. Si
autem de tempore nihil conuenit in factum actio in-
tra ſexaginta dies utiles accommodatur emptoris ad
redhibendum ultra non, ſi uero conuenerit ut in per
petuum redhibitio fiat puto hanc conuentionem ua-
lere. Item ſi tempus 60. dierum præfinitum redhibi-
tionis præterierit cauſa cognita iudicium dabitur. In
cauſæ aut cognitione hoc uerſabitur, ſi aut mora fuit
per uenditorem, aut non fuit præſens cui redderetur
aut aliqua iuſta cauſa interceſſit Cur intra diem re-
dhibitum mancipium non eſt, quod ei magis diſpli-
cuerit. Hactenus Iuriſconſultus in ſupraſcripta uer-
ba, & addes l. ſi con uenerit ff. de reſcin. uend. Glo. in
cap. illo uos de pigno. Alb. in dicta l. ſi res ff. de cont.
em. qui dicunt ſi de tempore non conuenit emptorem
intra ſexaginta dies ſibi rem non placere poſſe dice-
re & ab emptione recedere. Non tamen omittendũ
eſt, quod Veronẽſis in §. ſiquid ita ſcriptum reliquid
Putauit enim ſi ex conuentione præfinitum tempus
addicendum rem emptam duplicere, uel ſexaginta*

dierum

dierum à lege ſtatutum præterierit,ſi res morboſa ui tioſaue ſit emptorem poſſe agere ſaltim ad pretij reſtitutionem rem uēditam reddendo,idq́; probari ait in l.emptorem in §.deniq́; ubi Accurſius in uerſicu. teneri,& eadem l.in §.ibidem & §.qui autem. Nec ſubdit mouere debere text.in dicto §.ſi quid ita quia intelligendus eſt ut non poßit agi ad intereſſe,ad pretium autem poßit:uel quod res non erat uitioſa, uel morboſa.Item intelligit text.quando ignorabat uenditor uitium, uel morbum,ſi autem ſciuiſſet rem uitioſam,uel morboſam,& non denunciaſſet emptori. & poſt præfinitum tēpus ex conuentione,& lx. dierum à lege ſtatutum putauit non ſolum ad reſtitutionem prætij emptorem poſſe agere,ſed etiam ad intereſſe dicta l.emptorem in §.deniq́; & in §.ſententiam citatq́; legem tenetur in §.ſi.& l.quæro eod.titu.de action.empt.& ſemetipſum in l.quærit in §.ſi uenditor ff.de edil.edic.Ego autem ut ſententiam interponam meam Veronen.nimium reſtringēdo tex. obinor non bene ſenſiſſe.Vnde in propoſita facti ſpecie diſtinguendū,& reſpondendū puto aut res uendita ſeu permutata eſt aliena,& euincitur poſt legitimum tempus 60.dierum ſcilicet,uel cōuentione præfinitum,& qui uendidit ignorauit rem alienā.re euicta prætium quidem deberi,utilitatē non deberi idq́; ſenſit forſan Vero.dum citat dicta iura,ſed quia in l. emptorem in §.deniq́; cōuentum erat nequid poſtea præſtaretur, & in §.ibidem pactum erat nihil euictionis nomine præſtitum iri,quæ conuentionum uer

ba in



ba in articulo non proponuntur, & aliud eſt paciſci nihil euictiōis nomine præſtari aliud ſi diſpliceat res redhibeatur forte non improbe dici poſſet non eſſe recedendum à regula ut uenditor hoc caſu re euicta exēpto,& ſic ad ītereſſe teneatur l.nō dubitatur C.de euict.& l.Titius in ſi.ff.de act.emp. Nec enim pacti uerba porrigenda uidentur ut utilitatem ſeu intereſſe emptor ſi res uendita euincatur remiſiſſe cēſeatur.Aut ſciuit rem alienam, uel obligatam, & ex empto proculdubio teneatur conſequenter re euicta ad intereſſe quia dolo facit ut in dictis iuribus,& in l.tenetur in fine ff.de actio.empt.ſi uero res morboſa uitioſaue ſit non aliena tamen nec obligata:ſed uēdentis,& in propoſita facti ſpecie,nec ad prætij reſtitutionem agentem emptorem audiendum puto legitimo,uel conuentionali tempore præterito mouent me uerba relati textus in §.ſi quid ita in illis uerbis ſexaginta dies utiles accommodantur emptori ad redhibendum, & non ultra ſi ergo non admittitur ad reddendum præterito tempore conſequenter à pretij petitione repellitur, & quia legitur in textu conuentio rata habetur. Rurſus confirmatur hæc ſententia ex eodem met §.ſi quid ita,ubi Iuriſconſultus ait, ſi tempus ſexaginta dierum prefinitū redhibitioni præterierit cauſa cognita iudicium dabitur, & in cauſe cognitione hoc uerſarij, ſi mora fuerit per uenditorem aut non fuit preſens cui redderetur, aut aliqua iuſta cauſa interceſſit cur intra diem mācipium redditum non eſt, ſolum ergo conſiderat iuriſconſultus

& in

& in cauſæ cognitiõe uerſari ait an iuſta cā ſit quare
non fuerit facta redhibitio intra diē mancipij quod
emptori diſplicebat. Non autem lapſo tempore in-
quit in cauſæ cognitione uerſari rei uenditæ qualita-
tem. Vnde à textu generaliter loquente, & aliter
non diſtinguente puto non eſſe recedendum, & ſim-
pliciter Doctores uidentur etiam intelligere, ut pa-
tet ex gloſſ. etiam in dicto capitu. illo uos de pignori.
Alb. in dicta l. ſi res ff. de cont. emp. & Bal. in citata
l. ſi conuenit ff. de reſcin. uendi. & finge merces uen-
ditas & ex conuentione tempus duorum annorū præ
finitum ad redhibendum ſi merces diſplicuerint præ-
teriiſſe, nonne per iniquum cuiq; uideri debet lapſo
tempore emptorem qui merces penes ſe habuit au-
diendum ſub prætextu & colore quòd merces corru-
ptæ uitioſæ morboſæ ue ſint res, emptorq́; ſciuerit, &
morbos & uitia non ignorauerit? Nam quando pa-
ctum eſt ut in perpetuum etiam redhibitio fiat, uel
breuiori tempore de ſe queri debet qui ita pactus
eſt. Dicet aliquis cur tam uarie quando res aliena
uenditur, & euincitur, & morboſa, uel uitioſa di-
ſtrahitur, ut dictum eſt? Differentiæ ratio uidetur,
quia bonæ fidei contractus, non patitur ut rem em-
ptor amittat, & pretium uenditor retineat niſi ex-
preſſe conuenit, ut dicitur in dicto §. ibidem, at cum
res morboſa uitioſaue eſt, & in conuento tempore,
uel à lege præfinito emptor ſibi rem diſplicere, non
aſſeuerat rem ipſam iuris præſumptione approbaſſe
cenſetur cum uitijs morbiſue ſuis, & perinde eſt ac
ſi morbi



ſi morbi uitia ue ſpecialiter ſint expreſſa, & quaſi
ius ſuum remiſerit emptor non eſt audiendus l. quæ-
ritur §. ſi uenditor ff. de edil. edict. l. paciſci ff. de pa-
ctis. ubi paciſci poſſe ſiue in ipſo negocio gerendo ſi-
ue poſtea probatur imputare enim debet ſibi qui ta-
cuit in præfinito tempore cum ei facultas fuerit red-
hibendi. Non obſtant iura citata à Veronen. & præ
ſertim text. in l. emptorem in §. denique & in §. ibi-
dem ubi tempus erat præfinitum triginta dierum,
& conuentum nequid poſtea præſtaretur quoniam
loquuntur in re aliena uendita à ſciente, uel igno-
rante, merito propter rationem redditam in di-
cto §. ibidem & de qua ſupra auditur emptor, quæ
ratio non interuenit in ſpecie facti propoſita, & hic
etiam diuerſa forma pacti eſt ab ea de qua in cita-
tis legibus à Veronen. Non obſtant gloſſ. relatæ, et
præſertim in lege paciſci ſupra citata quoniam re-
ſpondetur ut dictum eſt lapſo tempore conuentiona-
li, uel à lege præfinito iuris præſumptione rem uendi
tam cum ſuis morbis & uitijs approbatam cenſe-
ri, & perinde haberi ac ſi in ipſa uenditione, &
morbi, & uitia ſint nominatim expreſſa. Idque ex
uerbis mihi uidetur eſſe Iuriſconſulti in dicto. §. ſi
quid ita quem Doctores etiam ſimpliciter intellige-
re uidentur excepto Veronen. & naturali rationi
magis conuenire. Tu uero in utili, & quotidiana
quæſtione, & admodum noua cogitabis. Et his ad-
des textus in lege ſciendum ff. de edili. edicto in §.
deinde aiunt ubi Iuriſconſultus inquit emptorem
cum

eum accipere debemus qui prætio emit,ſed & ſi quis permutauit dicendum eſt utrunq; emptoris,& uenditoris loco haberi,& utrunq; hoc edicto experiri.

## SVMMAE.

1 Subſcribentes in uacuis ſeu albis aut ſubſignantes ſibi non præiudicant niſi prius fuerint certiorati.

2 Subſcribentes cedulæ uacuæ,uel ſigillum apponentes ſi non appareat,quod ſint certiorati de eo quod ſcribi debeat non eſt ueroſimile,quòd uoluerint ſubſcribere,uel ſigillare ad ſui præiudicium ſaltem graue, ſed potius, quòd ſperauerint ſcribi aliquid ad eorum commodum.

ET illud quod frequẽter euenit omittendũ non eſt callidi, & mali proxenetæ proxeneticiq; auidiores preter æquum,& bonum cum cõtrahentes difficile conuenire poſſe uident ideſt ex diuerſis animi motibus in unum conſentire, & in unam ſententiam decurrere ſuaſionibus inſtigationibusq; ad ſubſcribẽdum in albis ſeu in uacuis contrahentes, uel alterum
1 inducunt, unde quæri poteſt quid in caſu propoſito reſpondẽdum ſit,& meminime legiſſe tractatũ apud Angelum in l.ſi ita ſtipula. us in §.chriſogonus ff.de uerborum obligatio.is enim ſcripſit in hæc uerba.. Nota qui ſe ut principalis ſcripturæ ſuſcribit omnia præ-



præcedẽtia cõfirmat quod intellige ſi ſcriptura prius lecta fuerit,non alias.unde domini ſubſcribẽtes ſe cedulis uacuis,aut eorum ſigilla ponentes niſi prius fuerit certiorati de his quæ ſcribenda erant non intelliguntur propterea confirmaſſe ea quæ poſtea ſcribuntur , ex quo eorum nõ habuerunt notitiam caſus eſt in l.fina.C.plus uale.quod agi hæc notat Innocen. in capitu.ſecundo de fide inſtru.quod memoria perpetuo tene hactenus ille cuius ſententiam immo uerius innocentis commendando probat Ioan.Imo. in dicto §.chriſogonus,& huius rei illam rationẽ reddit,quia ſi appareret,quòd quis ſigillum appoſuit,uel ſubſcripſit ſchedulæ uacuæ,nec apparet, quod aliter fuerit certioratus de eo quod ſcribi debebat,nõ eſt in dubio
2 ueroſimile,quòd uoluerit ſigillare,uel ſubſcribere ad ſui præiudicium ſaltim graue argumen.l. filiusfamilias in §.inuitus cum ibi notatis ff.de procurator.ſed potius quia ſperauerit aliquid ſcribi ad eius commodum argumen.l.cum de indebito ff.de probatio.ſequitur alios referendo Alexand.eodem in loco ſub numero ſecundo,& præſertim citat eundem Angel.in l.ſciendum columna undecima ff.de uerborum obligatio.& uide Iaſ.ibidem ſub numero decimoquarto ut in re dubia quid iuris ſit intelligas,& Alexand.. in conſilio.147.uolumine ſecundo quibus addes Car, Ruyn.in conſilio uigeſimoſecundo numero quinto uolumine quarto ubi Angeli ſententiam commendat , & rationem Imol.ad ſimilia transferendo probat , necnon quæ in ſimili ſcripſit Baldus in l.fina.numero uige-

ro uigeſimo primo C.de contrahenda emptio.& De
ci.in conſilio 60.uiſo themate ? & Pau.Caſtren . in
conſilio 465.uiſo compromiſſo &c.parte prima qui
inquit dolum præſumi in arbitris qui aliquem ad ap
probandum ſeu ratum habendum laudum inducunt
tenore eius non uiſo,& ibi multa ad rem & Paul.ci
tat ac probat Aymon.in conſilio 83.numero tertio,
& plura idem Aym.refert in cõſilio centeſimo qua
drageſimoſecundo numero uigeſimo & in conſi.192
& in conſi.221.parte ſecunda ex quibus locis multa
colliges.Deniq; admonendi ſunt mercatores ne ſe te
mere proxenetis credant,& in propoſito facti ſpecie
ad Innocen.in dicto capitulo ſecundo ſemper eſt con-
fugiendum,qui diſputando plene,& docte & elegan
ter(ut ſolet)quæſtionem explicat.

## SVMMAE.

1 Proxeneta an poſſit mercatura exercere per totã q.
2 Omnia intelliguntur permiſſa in genere permiſſorũ, quæ ſpeciatim non reperiuntur prohibita.
3 Vicẽ duarũ pſonarũ an quis poſſit ſubſtĩere relatiue.
4 Populi laudandi ſunt qui proxenetas ab officio mercaturæ abſtinere ſtatuerunt.

Occurrit hic alia quæſtio quam nuſquam
tractatam,nec usq; relatam legi, ut inquit
Accur.in l.i.ff.de leg.ij.quem refert Iaſ.in
§.ſed iſte nu.22.inſti.de act.ſed Vlpianus prius di-





xerat in l.prima ff.de ſenat.Num proxeneta poſſit
1 mercaturã exercere.& memini me in tractatu meo
de mercatura in quarta parte in qua de his qui mer
cat exer.non poſſint diſſerui proxenetas non commu-
meraſſe inter perſonas prohibitas,etenim in genere
2 permiſſorum omnia intelliguntur permiſſa quæ ſpe-
ciatim non reperiuntur prohibita l. mutus §. primo
ubi Accur.& Bartol.notant ff.de procuratoribus.
l.prima ff.de teſtibus gloſſ.in capitulo inter corpora
lia ubi Abb.numero tertio de tranſaction.epiſc. pro
xenetæ autem officium item, & mercaturæ ſua o-
ptione ſibi quiſq; ſumit,ut de mercatore in dicto tra-
cta.probaui,uerum cogitanti mihi reſpondendum ui
debatur in eo contractu in quo interuenit non poſſe,
nec debere mercaturam facere,Finge enim poſt con-
tractum iam ſemel atq; iterum tractatum poſt nuda
ta utriuſq; intima,& ſecreta negotij aperta proxe-
netam nomine ſuo lucri cauſa emere ſeu permutare,
quisquam non poteſt negare æquiſſimum fore præto
rem interponere ſe debuiſſe,ut officium quidẽ, quod
in ſe recepit impleret,ſeq; a tali cõtractu abſtineret
ut in ſimili quæſtione iuriſconſultus eleganter inquit
in lege ſecunda §.tam et ſi uerſiculo finge ff.de arbi.
et ſi lege deficeremus ratio naturalis ſuggerit leg.in
ſumma §.item uarus ff.de aqua pluu.arcend.& pro-
3 fecto repugnare uidetur,ut in propoſita facti ſpecie
proxeneta quodam modo duarum perſonarum uicẽ
ſubſtineat argumen.l.finali.C.de aſſeſſor. l. quiſquis
C.de poſtul.l.ſi plures ff.de pact.l.hac C.de proxim.

ſacro.ſcrinio.capitu.ſingula 89.diſtinc.facit capi.pe nulti.in §.porro.de elect.in vi.& quod notat Bar. in l.ſi conſul.ff.de adoptio.& plenius ſcripſit Felyn. compluꝛes referendo in capit.ex literis numero 13. & ſequen.numeris extra de probat.& arg.eſt tex. in capitu.fina.de inſti.& l.prætor.ff.de tut.& cur. dat. Nec ferendus audiendusq; eßet proxeneta hoc colore quaſi meliorem conditionem attulerit. Vnde puto in contractibus in quibus interuenit proxeneta mercaturam facere probibendum in cæteris de iure non eſſe prohibitum. Hæc ſcripſi quoniã audiui quoſdam malos proxenetas clanculum cum quibuſdam mercatoribus ſocietatem inißе, & celata ſocietate uarios,& diuerſos miſeros mercatores,& ſocietatis ignaros cum ſocijs eorũ excogitatis artibus,& fraudibus ad permutandum,& contrahendum induxiße non ſine magno damno,& detrimento in quos proxenetas animaduertendum eßet,& uide l. elegãter in princip.& in §.fi.& l.ſequen.ubi glo.& quæ ſcripſi ſupra poſt princi.tertiæ par.& in quarta parte uer. incurrit hic illa quæſtio, & quæ illic diximus hunc erunt transferenda. Intereſt.n.mercatorum ne fallantur in renunciatione mercium ſi mercatores ſcire uelint cuiuſmodi merces ſint arg.l.i.ff.ſi men. fal. mod.dixe.& facit l.dolus C.de reſcin.uendi.l.ſeruus tuus ff.de do.& in.q.propter interpoſitam perſonã (quod odioſum eſt l.non exiſtimo in fi.ff.de admi.tuto.l.pupillus in §.itẽ ipſe tutor uer.ſed et ſi per interpoſitã ff.de aut.tut.l.hac ediſtali in fi.prin.C. de ſecun.nupt



C.quod met.cauſa l. un.nupt.l.ſi per impreſſionem uni C.de cont.iud.laudãdi propterea ſunt omnes populi qui in mercatura ſe exercere ſolent ſi proxenetas ab offõ mercaturæ abſtinere ſe decreuerint prout prouidenter in patria mea ſub pœna non leui proxenetæ mercaturam facere probibentur.

# Index rerum quæ in prima particula ultimæ partis continentur.

## SVMMAE.

1 Proxeneticum proxenetæ non debetur ſi dolo malo uerſatus ſit in negotio in quo interuenit.

2 Lucrum quis ex delicto ſuo facere non debet.

3 Proxeneta qui ex fide in negocio uerſatus ſit ĩeo cõſequitꝰ proxeneticũ licet in alio dolo malo ſe geſſerit.

4 Proxe. nõ debetur ſi extrinſecũ miniſteriũ ſit pſtitũ.

5 Proxeneticũ an debeatur proxenetæ qui miniſteriũ intrinſecum præſtiterit re tamen non perfecta.

6 Actum nil uidetur cũ aliquid ſupereſt peragendum.

7 Indiuidua ex ſola conſumatione acquirunt formam nomine,& eße rei,& in his pars inueniri nequit.

8 Salaria quæ debentur rõne laboris pro rata temporis debentur,quo ſalaria ſunt præſtita.

9 Salarium proxenetæ non debetur ſi per eum ſteterit uel eius culpa quo minus negocium perficiatur.

 10 Proxe-

10 Proxeneticum debetur proxenetæ qui intrinſecum miniſterium adhibuit, & per partes ſtetit quominus expediatur negocium, ita tamen ut ſit modus.

11 Proxeneta ſi intrinſecum miniſterium adhibuit, & caſu negocium non fuerit expeditum conſequitur proxeneticum iuxta laborem.

12 Proxeneta qui ſalarium integrum receperit, & intrinſecum preſtitit miniſterium, ſi negocium caſu nõ expedierit partem reddit.

13 Proxeneta decedente qui intrinſecum preſtitit miniſterium non tranſmittit totum quia non eſt comparãdus prætoribus, & aſſeſſoribus.

14 Proxeneticum non poteſt peti niſi perfecto negotio.

15 Merces ſi queritur quando peti poſſit conſiderandũ eſt quid eſt actum in primis deinde ad circunſtantias recurrendum.

16 Salarium Proxenetæ, quòd utraque parte ſit perſoluendum quod duobus modis temperatur.



ARGVMENTVM

## De proxeneticis, & eorum modo, ac quo iure petantur.

Reliquum eſt de proxeneticis, & eorum modo, ac quo iure petantur diſſeramus. & hæc ultima pars tractatus ĩ tres particulas ſemet ipſam diuidit, ſeparatim igitur, & quidem breuiter uideamus, et primum de proxeneticis, & ſanè quid ſit proxeneticũ in prima parte huius tractatus plenius declaraui, & in illicitis non deberi, quinimmo in quibuſdã de ſuo teneri in tertia parte probaui quicquid igit̃ illic diximus huc erit trãſferendũ. Sed & ſi dolo ma-
1 lo uerſatus ſit proxeneta in negotio in quo interuenerit proxeneticum nõ debetur arg. l. meuia, & eius quod ibidem ſcripſit Bar. ff. de an. lega. & eius quod Accur. & iuris interpretes ſcripſere in l. diẽ functo ff. de off. aſſeſ. & Bar. in l. i. in §. diuus circa fin. ff. de extraor. cog. de aſſeſſore. ſ. culpa ſua remoto, quinimmo de dolo tenetur l. ij. ff. de proxe. & in ter. par. plenius dixi, & cum de dolo malo damnandus ſit abſurdum uidetur eiuſdem negocij nomine quicquam conſequi, & æquum non eſt ob facinus ſuum lucri facere indignus eſt namq; beneficio qui in legem committit l. ſiue hæreditaria ff. de nego. geſt. l. ab hoſtibus ff.

ſolu.mat.l.relegatorum in.§.fi.ff.de inter.& releg.
l.auxilium in fi.ff.de mino.& ſcribit Dyn.in Regu-
la ob gra iam de reg.iu.in vi.Plane ſi in aliquo ne-
gotio dolo malo uerſatus ſit , nihil prohibet in eo in
quo ex fide uerſetur proxeneticum deberi:nec.n.cor
3 rumpi quod recte tranſactum eſt ſuperueniente de-
licto poteſt.l.2.ff.de ite. actuq; priu. & pœna deli-
ctum non egreditur.l. reſcriptum.ff. de his , quibus
ut ind.cum ſint ſeparata negotia , & quæ ſententia
probatur ex ſcriptis à Bartholo in locis relatis.Pro-
4 xeneticum etiam non debetur,ſi miniſterium extrin
ſecum,& non intrinſecum, & ſubſtantiale præſtitũ
ſit,ſecundum ea quæ in prima parte dixi uer . Poſt
hæc ſubieci num.10.& in anteceden.par.uerſi.ſepti
mo declarandum eſt &c. num.34.in quibus locis re
tuli Bald.in conſi.cccclxix. tria dubia uol. 2. quod
eſt errore geminatum in.4. uol. ſub num. ccclxx. &
eundem Bald. in conſi.50.uol.2.Citaui etiam tex.in
l.i.in.§.aduocatos iuncta expoſitione Accur. ff. de
extr.cog. ſi uero Proxeneta in negotio in quo inter-
uenerit intrinſecum præſtitit miniſterium, & in his
quæ ad nogotii explicationem pertinent laboraue-
5 rit num Proxeneticũ non perfecta re debeatur quæ
ritur , & non deberi uidebatur, nihil.n. actum ui-
6 detur cum aliquid ſupereſt peragendum l. ſi ita fue-
rit.ff. de manu. teſtament. diuidi namque hoc non
poteſt l.ſtipulationes non diuiduntur l.4.in §.cato,
ff.de uer.oblig.& inquit Bal.in l. aduerſus C. locat.
ſub numero ſecundo , in indiuiduis partem inueniri





non poſſe,quæ ex ſola conſumatione acquirunt for-
mam nomine,& eſſe rei ff.ad l.fal.l.ſi is qui quadrin
7 genta §.quædam,uniuerſitas.n.conſumationis ad pro
xenetam pertinuit l.ea l.§.locaui ff.loca.& pro qua
ſententia eſt quod ſcripſit Bar.in l.i.in §.Diuus in fi.
ff.de uar.& extra.cog.dũ citat l.2. C. de leg. lib. x.
ubi inquit quædam ſunt officia ita indiuidua quòd
aliquo omiſſo non releuat quod eſt factum tunc totũ
ſalarium reddit & ſeuerinas in l.diem functo ſub nu.
29.ff.de off.aſſes.nec.n. Proxenetæ operula aliquã
attulit utilitatem ubi negotium non peragitur et fa
cit l.etiam ſi partis ff.de leg.i.& quod ad rem ſcri-
pſit Bal.in l.edem.C.loca nu.8. & ſeq. Contra uero
Proxeneticum deberi uidetur ſecundum laborem
& adhibitum miniſterium,Cum tam labor quam pe
cunia diuiſionem recipiant l.ſeio. ff.de ann. lega. &
hæc ſententia probatur ex his quæ ſcripſit Bar.in l.i.
in §.Diuus ff.de uar.& ex. cog.nu.6.ubi regulari-
ter inquit ſalaria quæ debentur ratione laborum
8 pro rata tantum temporis deberi, quo ſeruitia ſunt
præſtita l.penultima.in fin.C. de erog. mili. omi.&
facit quod notatur ff. de re milita.l. deſertorem §.
his qui ad hoſtes in ultima gloſſ.& C. de re milita.
l.1.quod .n. debetur eſt quædã laboris remuneratio.
Item hæc ſententia comprobatur ex his quæ Bald. ſcri-
pſit in l.uni.numero ſeptimo C. de ſuffrag. in uerſi-
culo,in alijs autem mecchanicis operibus,& labori
bus &c.et facit tex.in l.1.in §.ſed nutricia ff.de ua.
& extra.cogn. verum cogitanti mihi in propoſito

iuris articulo diſtinguendum uidebatur. Si quidẽ per
9 proxenetam ſteterit uel eius culpa quo minus nego-
cium expediatur nihil deberi idq́; ex ſententia Bar.
in d.§.diuus in fi.quod & alijs recitatis probatur.
Si uero per ipſas partes ſteterit , quod ſcio perſæpe
10 eueniſſe,ſolent enim mali mercatores poſtquam pro
xeneta interueniente conuenere,ut proxenetico pro
xenetam fraudent,& publicanos uectigali nouas in-
uenire cauſas quare à contractu recedant,deinde ſo-
los contrahere puto.n.proxeneticum deberi ita , ut
modus eſſe debeat quantitatis, & negocij ac laboris
in quo operula iſta defungitur l.fi.de proxen.Sed &
addes in §.fi.l.qui operas l.ſi uno §.item cum quidã
ff.locat.ubi Bar. Si uero caſu negocium non fuerit
11 expeditum,laborauerit tamen proxeneta in his quæ
negocij explicationem reſpiciunt dubitandũ ſatis ui-
detur,quia indiuiduum eſt factum,nec aliquã utili-
tatem proxenetæ labor attulit, ſine tamen præiudi-
cio melioris ſententiæ iuxta legem claudius ff.qui po
tio.in pig.hab.puto non improbe forſan dici poſſe ſi-
ue caſus contingat ex parte contrahentium ſiue pro
xenetæ iuxta laborem,& miniſterium adhibitum ac
ipſum negotium proxeneticum ſtatuendum.Idq́; æ-
quitas ſuggerit,& propterea quæ ſcripſit Bar. in d.
§.diuus præcipue ſub nume.6.ad quem in materia cõ
fugiendum eſt præcipue à nu.ij uſq; ad dictum nume
rum 6.mouet etiam l.ſeio ſupra citata l.atqui matu-
ra in §.ſceuola.ff.de nego.geſt.& §.Item cum qui-
dam,& uide ſeue.in dicta leg.diem functo in.xx.q.
numero



numero 25.Nec moueat relatus Barto.in d.§.diuus
in fin.loquitur enim quando per proxenetam ſtetit,
12 uel eius culpa unde longa uidetur differentia.His cõ
ſequens eſt cum in relatis caſibus totum proxeneti-
cum non debeatur ſi totum receperit partẽ reſtituat
pro ut religioni iudicantis uidebitur conſideratis re-
latis,& alijs circunſtantijs , & cum proxeneticum
præcipue propter laborẽ dẽatur non aũt propter di
gnitatem,ſciẽtiã,aut probitatem , ( ſordidum nãq;
eſt )ut dixi in ſecunda parte uerſiculo ſubijcit nõ a-
deo improbabili more &c.numero decimo,& conſi-
13 derat Bartol.in §.diuus numero quinto proxeneta
decedente non tranſmittet totum nec enim is præto-
ribus,aſſeſſoribusue comparãdus eſt,quibus propter
dignitatem,& ſcientiam ac animi uirtutem ſalariũ
debetur,de quibus in §.diuus & in l.diem functo ubi
uidebis Seueri.in prima quæſtione item, & in deci-
ma,& in 20.& 45.numero 50.His enim quæ ſcri-
pſimus ab eo ſcripta conueniunt.Et illud adijciendũ
eſt ad dirimendas lites in patria mea lege municipa-
li ſimpliciter caueri,ubi proxenetæ negotium incepe
runt,& tractarunt , & ipſe partes perfecerũt abſq;
proxenetis,dimidium proxenetici deberi.
Et illud hic non abre tractandum eſt quo tempore pro-
xeneticum ſit perſoluendum,dicet forſan aliquis in
14 initio propter ea quæ ſcripſit Bartol. in lege prima
in §. diuus ff.de extraordina.cognitio.numero deci-
moſexto.Puto autem non niſi perfecto negotio peti
poſſe,& ante completum negocium non eſſe audiẽ-
dum.l.

dum lege qui pendentem ff.de nego.geſt.& uidetur expreſſum (ni fallor) in lege.finali.ff.de proxeneti. in illis uerbis de proxenetico ſolent præſides cognoſcere ſic tamen ut in his modus eſſe debeat & quantitatis, & negotij in quo operula defuncti ſunt &c.exponendo uerbum defuncti ut dixi in prima par.tractatus mouet etiam quod notatur in l.2. C.loca.& in hoc Hug.placet ſententia ab Accurſio relati.Et ſi lege deficeremus qualitas negotij, & perſonæ id ſuadet, quæ circunſtantiæ conſiderandæ ſunt ut inquit Bar.in dicta l.2.ubi eſt etiam uidēdus Bal. nume.2.& in eodem loco Saly.ſcripſit recentioribus placuiſſe, cum quæritur quando merces peti poſſit
15 inſpiciendum eſſe quid eſt actum, deinde perſonæ conditio quæ operas locauit et operis qualitas,eiuſq; magnitudo ſpectanda eſt. Addo quòd idem Bartol. in dicto §.diuus ſub relato numero 16.inquit inſpiciendum eſſe quod ueriſimilius eſt & uide Salyc.in l.uni.nume.7.C.de ſuffrag.puto igitur ut ſupra concludendum conſideratis relatis circunſtantijs,& propter tex.in dicta l.fina.ff.de proxe.proxeneticum ſcilicet non niſi perfecto negotio exigi poſſe ſaluis his quæ in præcedentibus diximus.Illudq; certi iuris eſt loci conſuetudinem ſpectandum eſſe, & in hoc omnes conueniunt, & ſcripſit Specul.in titu.de ſalar. §.ſequitur uerſi.Sed quando numero decimoquarto,& facit tex.in l.prima in §.in honorarijs ff.de extraordi.cogni.

Salarium



Salarium autem proxenetæ quando miniſterium ſuum ad utriuſque commodum accōmodauerit ab utraq;
16 parte perſoluendum puto argum.legis,ſed & loci in §.primo.ff.finium regun.exemplo eius quod dicitur in tex.de menſore, quem tex.nota,& facit quod ſcripſit Specu.in titu.de aſſeſ.in §.ſalarium nume.4.& Barto.in l.ſi poſtulauerit in princip.ubi Ale.apud eum ff.de adulter.& quod inquit Bald.in l.ij.nume. octauo C.de ſenten.ex periculo recit.uerum huic ſententiæ aduerſari uidetur text.in l.debet ff.de edili. edict.ubi iuriſconſultus inquit reſtituendum emptori ſi quid emptionis cauſa erogatum eſt.Et hoc ita demum ſi ex uoluntate uenditoris datur, cæterum ſi quid ſua ſponte datum eſſe proponatur non imputabitur, neque enim debet quod quis ſuo arbitrio dedit à uenditore exigere in quo loco Accurſius, & alij iuris interpretes in proxeneticis exemplum ponunt, quod tamen diximus ab utraque parte Proxeneticum regulariter perſoluendum eſſe uerius eſt., idque duobus modis eſt temperandum. Primo niſi partes ipſæ aliter conueniant lege prima paragrapho ſi conuenerit ff.dep.& ſentit Accurſius in dicta lege debet. Secundo quando non ex uoluntate utriuſque partis Proxeneta interuenit, ſed rogatu alterius tantum Pro quo temperamento uerba relati textus ibi ſi quid ſponte ſua datum eſſe, proponatur, &c. quid cum ſi unus tantum uoluit Proxenetam interuenire, alius autē ſine proxeneta inter eos negociū tractari maluit.

*luit. Et uide in dicta l. debet Bar. Ange. & vero. ſi hic aſſumes quæ dixi in antecedenti par. uerſi. Item quæritur ſi res uendita &c. nu. 1. & ſeq. & in re dubia conſenſu & uoluntate utriuſq; partis proxenetam interueniſſe præſumendum eſt id enim & proxenetæ officium & ipſum negocium oſtendunt, conſequenter in ambiguo utraq; pars proxeneta proxeneticum præſtabit.*

## Summæ ſecundæ particulæ ultimæ partis.

1 *Proxeneticum quibus circunſtantijs conſideratis ſit conſtituendum.*
2 *Iudex curare debet ne proxenetæ in exigendo ſalarium metas ra.ionis excedant.*
3 *Salarium proxenetæ centum aureos non egrediatur quia in pecuniarijs cauſis aduocatorum ſalarium nõ egreditur centum aureos.*
4 *Salarium procuratoris abſurdum eſt excedat centum aureos.*
5 *Aurei & ſolidi declaratio relatiue.*
6 *Proxeneticum licitum eſſe debet, & non contra bonos mores, & ſordidum uere eſt proxeneticum cum ultra modum petitur.*

SECVNDA PARTICVLA VLTIMAE PARTIS.

*Argu-*



### ARGVMENTVM

## De modo Proxeneticorum.

*CIrca ſecundam rubricæ partem de modo proxenetici iuriſconſultus in l. vlt. ff. de proxene. uno (ut aiunt) uerbo eleganter abſoluit. Inquit enim in proxenetico mo-
1 dus eſſe debet, & quantitatis, & negotij in quo operula proxeneta defunctus eſt, & miniſterium accomodauerit. Ita ergo in ſalarijs proxenetarum uerſari iudex debet, ut pro modo negotij, & quantitatis, proq; operula ſeu laborẽ adhibito ac miniſterio, & loci conſuetudine æſtimationem adhibeat l. 1. §. in honorarijs ff. de extraor. cog. & faciunt quæ ab Innocen. & alijs ſcripta ſunt in c. 1. de ſimo. & elegans tex. cum glo. in c. ſtatutum in §. notarium de reſcrip. lib. 6. & quod ſcripſit Bal. in l. 1. propè nu. 3. C. mand. & Spec. in tit. de magiſt. nu. 2. & in tit. de ſala. §. ſequitur nu. 4. curare igitur debet iudex ne proxenetæ in exigendo ſalarium metas
2 rationis excedant, & quantitas licitum proxeneticum non egrediatur dicta l. fi. & in §. in honorarijs & §. notarium ſpectandaq; eſt (ut & relatis locis liquet) regionis conſuetudo. Illudq; iuris etiam puto explorati ſi aduocatorum ſalariũ in ſingulis cauſis non tamen criminalibus centum aureos non egre-*

*ditur*

ditur dicta.l.i.§.licita autem quantitas.ff.de extra.
cog.multo magis id in proxenetis ſtatuendum, cum
3 alterum laboris præcipue cauſa debeatur, alterum
& laboris,& præcipue ſcientiæ ratione, ut in præce
4 denti particula probaui.Nam & id in procuratore
abſurdum eſſe Acc. & Bal.reſponderunt in l.1.C.
